

## ARTICULUS II.

AN ACTUS CONJUGALIS SIT PRAECEPTUS ET DEBITUS.

938. *Conjuges per se tenentur reddere, et quandoque etiam petere.* — 939. *Tenentur etiam ad cohabitationem, nisi adsit justa causa excusans.* Dub. 1. *An possit vir expellere uxorem ob dotem non solutam.* Dub. 2. *An teneatur eam alere, non soluta dote.* Dub. 3. *An, si ipsa adulterium commiserit.* — 940. *De obligatione reddendi debitum.* Qu. 1. *An sit mortale negare debitum semel vel bis.* Quid, si alter remisit petat vel si precibus cedat. Quid, si immoderate petat. Quid, si alter differat reddere ad breve tempus. — 941. Qu. 2. *An multiplicitas filiorum possit esse causa justa negandi debitum.* — 942. *Peccat conjux reddens se impotentem.* — 943. Qu. 1. *An conjux teneatur reddere alteri illicite petenti.* — 944. Dub. 1. *Quid si culpa se tenet ex parte petentis, nempe si ille habeat votum castitatis, etc.* — 945. Dub. 2. *Quid, si petens sit incestuosus.* — 946. Qu. 2. *An conjux teneatur reddere petenti cum sola culpa veniali.* — 947. Qu. 3. *An liceat reddere vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam.* — 948. *An conjux teneatur et possit reddere, si mutuo cum altero voverit castitatem.* — Quid, si alter sit amens vel ebrius. — 949. *Incestuosus, et vovens castitatem non potest petere, sed tenetur reddere.* — 950. *Conjux non tenetur reddere cum gravi damno suo vel prolis.* An teneatur reddere alteri laboranti morbo contagioso. Quid, si damnum sit leve, et alter sit leprosus. Quid, si damnum sit grave. Et an tunc possit reddere. Ex quibus causis possit conjux reddere cum gravi periculo salutis. — 951. *An conjux possit reddere cum periculo prolis.* — 952. *An teneatur reddere uxorem laborans febri, vel tempore menstrui aut praegnationis; aut si alter petat modo innaturali.* — 953. *Quid, si uxor experta sit in pariendo periculum mortis, vel filios parere mortuos.* — 954. *An aliquando liceat impedire generationem. Quando peccet uxor surgens aut mingens statim post copulam.* Dub. 1. *An puella oppressa possit statim expellere semen.* — Dub. 2. *An liceat copulari senibus vel infirmis, plerumque non valentibus seminare intra vas.*

Conjuges quomodo teneantur ad usum matrimonii.

938. - « Resp. P. Etsi conjuges nulla « lege obligentur ad usum matrimonii; « tenentur tamen per se ex justitia sibi « reddere debitum, si alter ab altero ex- « presse vel tacite (verecundia scilicet ob- « stante) petat. — Ratio prioris est, quia « non tenentur uti suo jure. Ratio po- « sterioris sequitur ex natura contractus « mutui. — S. Thomas<sup>1</sup>, etc. communiter, « ex I Cor. vii.

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Neuter tenetur, per se loquendo, « ad petendum debitum. Etsi per accidens « aliquando teneatur, vel ex caritate, v. gr. « ad avertendum periculum incontinentiae « imminens conjugum: Martinus Perez<sup>2</sup> »; [Vide dicta n. 928 et 929.] « vel ex ju- « stitia legali, eo quod salus publica peri- « clitetur, nisi proles nascatur.

<sup>1</sup> In 4, dist. 82, qu. unic., art. 1 et 2. — <sup>2</sup> Disp. 50, sect. 1, a n. 3. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 4, n. 2. — <sup>4</sup> Disp. 34, dub. 2, n. 19. — <sup>5</sup> Disp. 50, sect. 3, n. 3. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 6, n. 2 et 3. — <sup>8</sup> Lib. 9, disp. 4,

939. - « 2<sup>o</sup>. Conjuges tenentur ad coha- « bitationem, nec potest alter ab altero « invito diutius abesse sine necessitate; « quia haec obligatio sequitur ex obliga- « tione reddendi debitum. — Sanchez<sup>3</sup>, « Coninck<sup>4</sup>, Perez<sup>5</sup> ».

Certum est conjuges teneri ex obliga- tione justitiae ad cohabitandum in eadem domo, mensa ac toro. Vide Sanchez<sup>6</sup> et Bossium<sup>7</sup>. — Hinc infertur neminem conjugum posse alio discedere, altero invito, ad longum tempus; ut habetur ex cap. 1 de conjug. lepros. Nisi adsint justae causae, nempe ob bonum publicum, vel ad alendam aut tuendam familiam, vel ad vitandum damnum ab inimicis; ut dicunt Sanchez<sup>8</sup>, Laymann<sup>9</sup>, Palaus<sup>10</sup>; et Bossius<sup>11</sup> cum Aversa, Villalobos et aliis.

Dicit autem Bossius<sup>a)</sup> cum Toletio<sup>a)</sup>

n. 12 et 13. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3, v. *Quartum corollarium*. — <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 5, § 1, n. 3. — <sup>4</sup> Cap. 6, n. 4 et 6. — *Aversa*, qu. 22, sect. 3, v. *Tertio*. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 2.

939. - a) Bossius, cap. 16, n. 12, ita profecto docet, quando scilicet vir in eodem loco moram tracturus est; secus vero, si debet de

loco in locum perpetuo transire. — At Toletus, quem pro se citat Bossius, scribit tantum, lib. 5, cap. 2, n. 1: « Cum spes redditus ablata

Tenentur ad cohabitationem, sectusa causa justa.

Quid de brevi peregrinatione unius altero invito.

Ex mutuo consensu quando possint separari.

et Sayro<sup>a)</sup>, quod si vir diu deberet alibi manere, teneretur, si commode potest, uxorem eo adducere ut secum cohabitaret. — An autem uxor teneatur sequi virum propter cohabitationem? Vide dicenda n. 977.

Vir potest suscipere brevem peregrinationem devotionis causa, etiam invita uxore. Hoc tamen non potest uxor sine consensu viri, cum ipsa sit subjecta illius voluntati, et non deceat statum mulierum peregrinari.

Ita Sanchez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>; et Bossius<sup>3</sup> cum Laymann, Villalobos<sup>b)</sup>, Fagundez et Perez, ex D. Thoma<sup>c)</sup>.

Ex mutuo autem consensu, bene possunt conjuges invicem separari<sup>d)</sup>: modo absit periculum incontinentiae et nocuum mentum prolis educandae. — Sanchez<sup>4</sup>; et Bossius<sup>5</sup> cum Filiuccio, Villalobos, Perez<sup>e)</sup>, Fagundez et aliis; ex illo Apostoli (I Cor. vii): *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas.*

<sup>1</sup> Lib. 9, disp. 4, n. 15. — <sup>2</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 5 § 1, n. 3. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 6, n. 8. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3, i. f. — *Fagund.*, Decal., lib. 4, cap. 7, n. 13 et 14. — *Peres*, disp. 50, sect. 3, n. 6. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>5</sup> Op. cit., cap. 6, n. 18. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 314. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 2. — *Fagund.*, loc. cit., cap. 7, n. 7. — *Panorm.*, in cap. *Per vestras*, de donat. inter vir. et uxorem, n. 4 et 9. — *Armit.*, v. *Dos*,

est, tenetur, si potest, uxorem extrahere ab illo loco, ut secum cohabitaret. — Et ita etiam Sayrus, *Clav.*, lib. 7, cap. 7, n. 9, i. f.

<sup>b)</sup> Villalobos, part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 3, non satis recte citatur a Bossio; dicit enim dumtaxat virum, cum sit caput et praeses, posse libere domicilium eligere; uxorem vero minime, nisi propter necessitatem.

<sup>c)</sup> D. Thomas, *Quodlib.* 4, art. 11, id significat, dicens consulendum non esse viro, ut cruce accipiat ad transfretandum, si uxor non possit eum sequi, vel si timeatur pro ejus continentia; secus vero, si possit sequi vel voluntarie continere proponat.

<sup>d)</sup> Nimirum ex justa causa, ut addunt auctores citati.

<sup>e)</sup> Perez, loc. cit., sect. 3, n. 5, id a contrario insinuat, scribendo: « Ordinarie loquendo non valere pactum inter conjuges juvenes nunquam cohabitandi... quia permitti non debet conjuges juvenes separatos esse ob incontinentiae periculum ».

<sup>f)</sup> Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425,

Dubitatur 1<sup>o</sup>. *An liceat viro non cohabitare cum uxore, eamque expellere a domo, ob dotem promissam et non solutam?*

Affirmant Panormitanus, Armilla, Tabiena et Gomez, apud Bossium<sup>6</sup>. Quia vir non tenetur alere uxorem si dos non sit soluta; ergo neque tenetur cohabitare: quamvis teneatur reddere debitum. — Sed negant probabilius et communius Sanchez<sup>7</sup>, Palaus<sup>8</sup>, Molina<sup>f)</sup>; Bossius<sup>9</sup> cum Rebello<sup>g)</sup>, Henriquez<sup>h)</sup>, Reginaldo, Villalobos, Fagundez, etc. Ratio, quia obligatio cohabitandi non oritur ex solutione dotis; sed ex ipsa lege naturali et divina, qua vir tenetur debitum reddere uxori, et ideo cum ea habitare. — Unde dicunt auctores praefati (contra tamen Molina et Rebello) quod, etiamsi vir non adhuc uxorem traduxerit in domum suam, tenetur traducere, non obstante quod dos non fuerit soluta.

Sed hic dubitatur 2<sup>o</sup>. *An vir teneatur alere uxorem, non soluta dote?*

Communiter negant doctores, si culpa promittentis intervenit. — Ita Sanchez<sup>10</sup>,

n. 10. — *Tabiena*, v. *Dos*, n. 9. — *Anton. Gomez*, Comment. in leg. 50 Tauri, n. 31. — <sup>6</sup> Op. cit., cap. 6, n. 26. — <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 5, n. 17. — <sup>8</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 5, § 2, n. 6. — <sup>9</sup> De Effect. Matr., cap. 6, n. 28. — *Regin.*, lib. 31, n. 304. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 44, n. 2. — *Fagund.*, Decal., lib. 4, cap. 10, num. 17. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425, n. 4. — *Rebell.*, part. 2, lib. 5, qu. 10, n. 29. — <sup>10</sup> Lib. 9, disp. 5, n. 2.

n. 4, tenet contrarium: « Potest, inquit, eam expellere ac mittere in domum parentum illius, ad effectum eam non sustentandi nec sustinendi onera matrimonii ». Sed inferius addit: « Dixi supra neque illam adducere... quoniam... ob non solutam dotem, non potest vir negare uxori debitum ac maritale consortium, sed solum sustentationem illius quae competentem famulatum includit ».

<sup>g)</sup> Rebello quidem, part. 2, lib. 5, qu. 10, n. 30, dicit hanc sententiam « efficacioribus rationibus » confirmari; approbat tamen distinctionem juxta quam id non licet viro habenti unde uxorem sustentare possit; licet vero, si id non habeat.

<sup>h)</sup> Henriquez, lib. 11, cap. 16, n. 3: « Post benedictionem et nuptias, tenetur vitam conjugalem agere, et ad petitionem unius compelleretur alter per judicem cohabitare... nisi... ob dotem non solutam ». Et cap. 18, n. 2: « Si tamen socer promissam dotem non vult aut non potest solvere, excusatur vir a receptione et sustentatione sponsae ».

Dos promissa et non soluta probabilius non dispensat a cohabitatione.

Bonacina<sup>1</sup>, Bossius<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Fagundez et Trullench, ac alii passim, ex leg. *Pro oneribus, C. de jure dotium*, ubi dicitur ideo constitui dos, ut ex ea vir uxorem alat<sup>4</sup>).

Excipe tamen 1<sup>o</sup>. Nisi vir duxerit sine promissione dotis. Sanchez<sup>5</sup> cum Hostiensi, Praeposito et Silvestro; ac Salmant.<sup>6</sup> cum Abbate, Molina, Bonacina, etc. — Excipe 2<sup>o</sup>. Si uxor sit in viri obsequio; tunc enim saltem ut famulam tenetur eam alere. Salmant.<sup>7</sup> cum Abbate, Lupo, etc., apud Sanchez<sup>8</sup>. Qui tamen cum Surdo<sup>9</sup> et aliis id non admittit; quia (ut ait) uxor tenetur et dotem et obsequia praestare viro: unde non necessario alenda est, tantum obsequia praestando. Sed magis adhaereo oppositae sententiae; quia ipsum jus naturae dictat ut alas qui ad tibi famulandum se occupat. — Excipe 3<sup>o</sup>. Si uxor ex sua culpa cum viro non cohabitabit; secus, si ob justam causam. Salmant.<sup>7</sup> cum iisdem.

Caeterum, quando sive vir sive uxor est vere pauper, puta si dos fortuito perit, tenetur alter alterum alere. — Sanchez<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>; Salmant.<sup>10</sup> cum Molina<sup>1</sup>, Trullench, etc., ex leg. *Si cum dotem, § Si maritus, ff. Solutio matrim.* Ibi: *Quid enim*

<sup>1</sup> Disp. 6, de 4<sup>o</sup> praec. Decal., punct. 7, num. 7. — <sup>2</sup> Tr. 24, de 4<sup>o</sup> praec. Decal., n. 53. — *Fagund.*, Decal., lib. 4, cap. 10, n. 2. — *Trull.*, Decal., lib. 4, dub. 4, n. 11. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 5, n. 8. — *Hostien.*, in cap. *Per vestras*, n. 6. — *Praepos.*, in id. cap., n. 2 et 5. — *Silvest.*, v. *Dos*, qu. 10, v. f. — <sup>4</sup> Tr. 24, n. 50. — *Abb. Panorm.*, in cap. *Per vestras*, n. 4. — *Mol.*, tr. 2, disp. 425, n. 4. — *Bonac.*, loc. cit., n. 9. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 50. — *Abbas, Consil.*, part. 2, cons. 85, n. 2 et 3. — *Joan. Lupus*, Repetit. cap. *Per vestras*, notab. 3, § 1, n. 1. — <sup>6</sup> Lib. 9, disp. 5, n. 6. — <sup>7</sup> Tr. 24, de 4<sup>o</sup> praec. Decal., n. 51. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 10. — <sup>9</sup> Disp. 6, de 4<sup>o</sup> praec. Decal.,

*tam humanum est quam, fortuitis casibus, mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse?*

Hic autem notandum 1<sup>o</sup>. Quod, ob dotem non solutam, nequit vir debitum negare uxori. Sanchez<sup>11</sup> et Salmant.<sup>12</sup> cum Molina, Silvestro, etc. — Notandum 2<sup>o</sup>. Quod in *extrema* necessitate prius subveniendum est parentibus (qui diligendi sunt ratione principii) quam conjugii: ut D. Thomas<sup>13</sup> et Salmant.<sup>14</sup>; cum Laymann, Bonacina, Palao, etc., apud Bossium. Et prius etiam filiis; cum ipsi sint pars parentis. Salmant.<sup>15</sup> cum aliis. — In necessitate vero *gravi* prius succurrendum conjugii quam parentibus et filiis; quia quoad domesticam administrationem, major est conjunctio inter conjuges, cum ipsi sint una caro. Sanchez<sup>16</sup>, Bonacina<sup>17</sup>; et Salmant.<sup>17</sup> cum Toletio<sup>18</sup>, Bañez<sup>19</sup>, Trullench<sup>20</sup> et aliis.

Dubitarum 3<sup>o</sup>. *An vir teneatur alimenta praestare uxori adulterae?*

Alii affirmant, ut Clarus et Antonius Gabriellius, apud Salmant.<sup>18</sup>; quia uxor adultera non desinit esse uxor. — Alii, ut Silvester<sup>21</sup>, et Angelus<sup>22</sup> ac Surdus, apud Salmant.<sup>19</sup>, negant, si adulterium est publicum; quia tunc potest vir uxorem e

punct. 7, n. 8. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 53. — *Trull.*, Decal., lib. 4, dub. 4, n. 11. — <sup>11</sup> Lib. 9, disp. 5, n. 1. — <sup>12</sup> Tr. 24, n. 52. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425, n. 4. — *Silvest.*, v. *Dos*, qu. 10. — <sup>13</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 26, art. 11. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 51. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 3, n. 6. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 7, n. 10. — *Palao*, tr. 6, disp. 1, punct. 10, num. 13. — <sup>15</sup> Loc. cit., num. 51. — <sup>16</sup> Lib. 9, disp. 4, num. 26. — <sup>17</sup> Tract. 24, num. 51. — *Jul. Clar.*, Sentent. recept., lib. 5, § *Adulterium*, v. *Facta autem*. — <sup>18</sup> Tr. 24, num. 54. — *Surd.*, de Alimentis, tit. 1, qu. 118, num. 5. — <sup>19</sup> Loc. cit., n. 54.

*retinere in servitio, sed non alere: et non potest...* Infertur ex hac conclusione, quod maritus, cui dos promissa non solvitur, non potest negare uxori alimenta, nisi illam expellat, vel si vult retinere in domo, non recipiat ab ea aliqua servitium vel obsequia. Unde plane consentit cum ipso S. Alphonso.

<sup>1</sup> Molina, loc. cit., num. 4, non citatur a Salmant. pro casu praesenti.

<sup>2</sup> Bonacina, loc. cit., num. 10; Toletus, lib. 5, cap. 1, num. 6; Bañez, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 26, art. 11, concl. 2; Trullench, lib. 4, dub. 4, num. 12, silentio praetermittunt hoc assertum quod in necessitate gravi uxor praeferenda sit.

<sup>3</sup> Silvester, v. *Dos*, num. 16, § *Nonnum;*

<sup>2</sup> Bossius, cap. 6, n. 29, casu quo a promittente difficillime poterit dos extrahi, ait: « Ad summum sufficit viro denegare alimenta eidem uxori... Quamvis nec alimenta, saltem juxta aequitatem et honestatem, non videantur neganda ».

<sup>3</sup> « Pro oneribus matrimonii » dicit lex citata.

<sup>4</sup> Surdus male citatur a Sanchez; nam de *Alimentis*, tit. 7, qu. 17, num. 37 et 38 (citata a Sanchez), Surdus aliorum sententiam refert; sed num. 41, ipse tenet contrarium: « Concludo, inquit, quod si maritus praestitit uxori alimenta, quamvis illa dotem non solverit, et tunc non repetit; si vero vult repellere et non praestare, et potest; aut vult

domo expellere. Secus, si occultum: tunc enim expellere nequit.

Alii vero communius et probabilius, ut Sanchez<sup>1</sup>; et Salmant.<sup>2</sup> cum Soto, Manuele, Fagundez et Trullench, negant teneri, sive adulterium fuerit publicum sive occultum. — Ratio, quia, adhuc concessio quod ob adulterium occultum uxor non posset expelli, ne ejus crimen prodatur, utque scandalum vitetur (in quo tamen quaestio est, vide dicenda n. 968); nihilominus ratio haec non militat in negatione alimentorum, quae sine scandalo et infamia uxoris negari possunt. — Idque dicunt esse probabile Salmant.<sup>3</sup> cum Lara<sup>4</sup> et Surdo<sup>5</sup>, etiamsi uxor admiserit tantum oscula ab alio, modo sint notoria; vel si occulta, sint nimis lasciva, aut si uxor sit nobilis.

940. — « 3<sup>o</sup>. Peccat mortaliter qui conjugii serio et instanter petenti debitum negat; quia est res gravis, et debetur ex justitia. — Intellige: nisi petens precibus aut alia ratione honesta averti possit, et petitio non sit immoderata (nam, si saepe petenti semel vel bis negetur, citra periculum incontinentiae, videtur esse tantum veniale, ob levitatem materiae; et aliquando, si nimis immoderate et justo saepius petat, nul-

<sup>1</sup> Lib. 10, disp. 8, num. 24 et 25. — <sup>2</sup> Tr. 24, num. 55. — *Soto*, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 3, dub. ult. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 238, n. 4. — *Fagund.*, Decal., lib. 4, cap. 9, n. 23. — *Trull.*, Decal., lib. 4, dub. 4, n. 14. — <sup>3</sup> Tr. 24, de 4<sup>o</sup> praec. Decal., n. 55. — <sup>4</sup> Disp. 50, sect. 2, n. 3; et sect. 4, n. 3. — <sup>5</sup> De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 1. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 2, a n. 9. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 304. — <sup>6</sup> Disp. 50, sect. 4, n. 6. — <sup>7</sup> Lib. 10, cap. 2, n. 5. —

Angelus, v. *Dos*, n. 20, secundum dumtaxat membrum distinctionis habent.

<sup>8</sup> Antonius Corduba de Lara, in leg. Si quis a liberis, § Si quis ex his, ff. de liberis agnosc., n. 77; Surdus, de Alimentis, tit. 7, qu. 16, n. 35, dicunt id locum habere, etiam in uxore quae in actibus lascivis, ut in osculis et amplexibus, est deprehensa; quod Salmant. probabile agnoscunt si oscula sint notoria; vel si occulta, sint nimis lasciva, aut uxor sit nobilis.

940. — <sup>9</sup> Sa, v. *Debitum conjugale*, n. 18, hoc non habet, sed aliud quoddam quod hic etiam a Bossio asseritur.

<sup>10</sup> Aliqui ex citatis auctoribus negant esse mortale « raro » negare; et sunt Sanchez, Ledesma, Bonacina, Ochagavia; de quo Sanchez, Ledesma et Ochagavia exemplum affe-

rum, secundum Perez<sup>4</sup>, nec sit alia « justa causa negandi. Bonacina<sup>5</sup>, ex Sanchez, Filiuccio, etc. — Justam autem « (secluso periculo incontinentiae utriusque) esse censet Martinus Perez<sup>6</sup>, si « plures nascantur filii quam possint alere ».

Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An peccet graviter conjux negans debitum una vel altera vice?*

Prima sententia negat, modo absit periculum pollutionis. Et hanc tenent Pontius<sup>7</sup> cum Sa<sup>8</sup>; Sanchez<sup>9</sup> cum Ledesma, Bonacina<sup>9</sup>; ac Aversa, Hurtadus, Cornejo et Ochagavia, apud Bossium<sup>10</sup>. — Quia id non videtur materia tam gravis, ut culpam lethalem constituat<sup>11</sup>.

Secunda vero sententia, quam tenent Palao<sup>11</sup>, Tamburinius<sup>12</sup>; Bossius<sup>13</sup> cum Tanner; et Croix<sup>14</sup> cum Gobat, dicit, etiam negare semel, vel differre debitum serio et instanter petenti, per se loquendo esse mortale, adhuc remoto periculo pollutionis. — Ratio, quia hoc videtur materia satis gravis: tum ratione prolis, quae ex unica copula bene gigni potest; tum ratione discordiae et periculi incontinentiae quae ex tali negatione potest sequi.

His tamen non obstantibus, prima sententia non videtur improbabilis; cum gravitas materiae pendeat ab hominum aesti-

<sup>4</sup> Loc. cit., num. 11. — *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 66, art. 1, dub. 2. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 1. — *Aversa*, qu. 21, sect. 1, v. *Ex alia parte*. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 11, n. 51. — *Cornejo*, disp. 5, dub. 1, qu. 2. — *Ochagav.*, tr. 5, qu. 1, num. 6. — <sup>6</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 40. — <sup>7</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 1, num. 5. — *Tann.*, tom. 4, disp. 8, qu. 6, num. 26. — *Gobat*, de Matrim., part. 2, tr. 10, num. 611.

runt: nempe si vir soleat quater in mense petere, non erit mortale si uxor quintum neget.

<sup>8</sup> Tamburinius, Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, primam sententiam tenet; quamvis enim n. 20 dicat: « Conjugii non adultero... serio petenti etiam semel negare vel differre conjugale debitum per se mortale est »; subdit tamen quasdam exceptiones, et quidem num. 22: « Quando eodem [incontinentiae] semoto periculo raro uxor denegat... Quare si quinque soleat vir petere in mense uno, potest uxor semel non correspondere, ut etiam potest matutinae petitioni sero ad vespertas debitum reddere ». Quia « levis utraque negatio iudicanda est ».

<sup>9</sup> Bossius, cap. 1, n. 41; Croix, lib. 6, part. 3, n. 391, concordant quoad negationem

Negare semel vel bis, juxta alios, per se non lethale.

Juxta alios, negare etiam semel serio petenti, lethale.

Prior sententia non improbabilis.

matione, et tot graves doctores censeant hanc esse materiam levem: ipsimet autem id dicunt, supponendo quod absit periculum incontinentiae vel magni dissidii. Caeterum, procreatio prolis pro illa vice est valde incerta.

Conveniunt autem communiter non peccare <sup>e)</sup> uxorem negando, si vir benevole aut remisse petat. Ita Pontius<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>, Croix<sup>3</sup>, Roncaglia<sup>4</sup>; Tamburinius<sup>5</sup> cum Cornejo et Ochagavia; Laymann<sup>6</sup>; ac Bossius<sup>7</sup> cum Soto, Rebello, Rodriguez, Henriquez<sup>f)</sup>, Reginaldo, Lopez<sup>f)</sup>, Fagundez<sup>f)</sup>, Hurtado, Villalobos, Aversa et Diana<sup>g)</sup>. — Idem, si conjux petens, adhuc instanter, cedat precibus negantis, qui neget cum justa causa; alias etiam venialiter saltem peccaret<sup>h)</sup>; ita Sanchez<sup>h)</sup> cum Navarro<sup>h)</sup>, Silvestro<sup>h)</sup>, Margarita<sup>h)</sup>, Philiarcho<sup>h)</sup>, etc. Nisi preces

essent ita importunae, ut alter quasi coactus videretur cedere; vel nisi adesset in altero periculum incontinentiae: tunc enim nec etiam precibus, sine causa gravi, liceret eum avertere. Ita Sanchez<sup>h)</sup> cum Navarro<sup>h)</sup>, Silvestro<sup>h)</sup>, Lopez<sup>h)</sup> et D. Thoma<sup>h)</sup>.

Praeterea non peccat negans, quando alter immoderate petit, sine tamen periculo incontinentiae. Et in hoc etiam omnes conveniunt: vide Bossium<sup>8</sup>. — Hinc dicunt Laymann<sup>i)</sup>, Croix<sup>9</sup>, Holzmann<sup>10</sup>; et Sporer<sup>11</sup> cum Rodriguez<sup>i)</sup> et Glossa<sup>i)</sup>, non esse mortale<sup>j)</sup>, post tertiam copulam in eadem nocte habitam, negare quartam. — Imo addunt Tamburinius<sup>12</sup>, Sporer<sup>h)</sup>; et Sanchez<sup>h)</sup> cum Ledesma<sup>h)</sup>, nec esse mortale petenti quinquies in mense negare semel. Sed huic non acquiesco: cum ex una parte, petere quinquies in mense sit

Sum., part. 1, cap. 241, n. 1. - *Regin.*, lib. 31, n. 282. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 11, n. 51. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 45, n. 3. - *Aversa*, qu. 21, sect. 1, v. *Ex alia parte*. - *De Effect. Matr.*, cap. 1, num. 38. - *Lib. 6*, part. 3, n. 396. - *10 De Matr.*, n. 468, v. *Alter casus*. - *11 Part.*, 4, cap. 2, num. 513. - *12 Decal.*, lib. 7, cap. 3, § 5, num. 22.

<sup>1</sup> Lib. 10, cap. 2, n. 5. - <sup>2</sup> De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 1. - <sup>3</sup> Lib. 6, part. 3, n. 391. - <sup>4</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 2, resp. 1. - <sup>5</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 21. - *Cornejo*, disp. 5, dub. 1, qu. 2, cas. 2 et 4. - *Ochagav.*, tr. 5, qu. 1, n. 6. - <sup>6</sup> Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 1. - <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 35. - *Sotus*, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2, object. - *Rebel.*, part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 2. - *Rodrig.*,

debiti; et ita etiam Gobat. Sed quoad brevem dilationem, Bossius, n. 37; et Croix, loc. cit., negant cum Tamburinio esse mortalem; uti notabit S. Alphonsus in fine hujus numeri.

<sup>e)</sup> Multi ex allegatis auctoribus negant peccare lethaliter. Et aliqui (Roncaglia, Tamburinius, Ochagavia, Bossius) hanc sententiam limitant, nisi conjux ex verecundia ita remisse debitum petat.

<sup>f)</sup> Henriquez videtur id innuere, lib. 11, cap. 15, n. 7, i. f., ubi dicit petentem non semper intendere obligare. — Et ita etiam Ludovicus Lopez, *Instruct.*, part. 1, cap. 80; Fagundez, *Decal.*, lib. 6, cap. 3, n. 49.

<sup>g)</sup> Diana, part. 5, tr. 14, resol. 36, recitative tantum refert verba Ochagaviae.

<sup>h)</sup> Distinctius exponendum videtur hoc assertum cum sua duplici limitatione. Sanchez ergo, lib. 9, disp. 2, num. 13, scribit: « Quando... rogatus cedit facile jure suo, non est mortale negare ». Et paulo inferius: « Non esse mortale, quando conjux petens solis precibus avertitur... docent etiam Silv..., Navar... etc... Non debet autem conjux petens averti nisi ex causa, propter periculum incontinentiae; nec preces debent esse valde importunae, ne involuntarie et quasi coacte cedat ». — Navarrus autem, *Man.*, cap. 16, num. 25, negat esse peccatum, si « petenti precibus contrarium suadeat; quae tamen non debent esse nimium importunae ». — Et ita etiam

Philiarchus, part. 2, lib. 4, cap. 19, v. Quarto; et Ludov. Lopez, loc. cit., cap. 79, v. Peccat etiam. — Silvester vero, v. Debitum, qu. 8, negat esse mortale debitum negare, si « subsit rationabilis causa, VEL [si]... precibus aut suasionibus eum avertat; quod tamen cum multa instantia fieri non debet, propter multa pericula ». — Idemque habet Margarita Confessorum, *Interrog. circa 6 praec.*, v. Octavo. — S. Thomas denique, in 4, dist. 32, qu. un., art. 2, solut. 1, ad 4, scribit: « Non debet vir uxorem avertere ne petat debitum, nisi propter aliquam rationabilem causam; ET TUNC non debet cum magna instantia averti, propter pericula imminencia ».

<sup>i)</sup> Laymann, loc. cit., num. 1; Rodriguez, loc. cit., num. 1; Glossa in can. Quoniam in Romani, dist. 31, v. Opportuno, habent quidem principium generale, sed non hoc exemplum.

<sup>j)</sup> Croix, Holzmann et Sporer negant ternerí tunc reddere; quo insinuant nullum in hoc esse peccatum.

<sup>k)</sup> Sporer, loc. cit., n. 513, i. f., hoc modo casum ponit: negat scilicet peccatum esse, « si conjux valde raro petit debitum, v. g., in mense quater, et quinta vice negatur ». — Sanchez autem, lib. 9, disp. 2, n. 11; Martinus Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 66, art. 1, dub. 2, in eodem casu negant peccari lethaliter, secluso periculo incontinentiae.

Limitationes.

Negans immoderate petenti, per se non peccat.

Quando sit immoderate petito.

Timor nimis numerosae prolis, juxta alios, non excusat a redditione.

valde moderatum; et ex altera, negare semel in mense videtur materia sat gravis.

Item non videtur peccare <sup>l)</sup> uxor, si differat reddere ad breve tempus, nempe usque ad noctem; ut Pontius<sup>1</sup>; Sanchez<sup>2</sup> cum Victoria<sup>m)</sup>; Roncaglia<sup>3</sup>; Sporer<sup>4</sup> cum communi; et Croix<sup>5</sup> cum Perez, Gobat<sup>n)</sup> et Diana. — Vel, si a nocte differat ad mane; ut Bossius<sup>6</sup> cum Sanchez<sup>o)</sup>, Pontio<sup>o)</sup>, Victoria<sup>m)</sup>, Hurtado, Villalobos<sup>o)</sup>, Ledesma, etc.: excluso tamen semper periculo incontinentiae. — Non potest autem post copulam habitam in die negare in nocte.

941. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. An sit justa causa negandi debitum, si plures nascantur filii quam conjuges possint alere?

Prima sententia negat. Et hanc tenent Laymann<sup>7</sup>, Roncaglia<sup>8</sup>, Sporer<sup>9</sup> (qui excipit solum casum <sup>a)</sup> quo conjuges, multiplicata prole, ad extremam necessitatem redigerentur); item <sup>b)</sup> Palaus<sup>10</sup> cum Silvestro, Coninck, Navarro, Angelo, Rebello, Margarita, Lopez et Graffio. — Ratio: tum quia procreatio prolis spectat ad praecipuum finem matrimonii, cui postponendum quodvis incommodum: melius enim

<sup>1</sup> Lib. 10, cap. 2, n. 5. - <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 2, n. 11. - <sup>3</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 2, resp. 1. - <sup>4</sup> Part. 4, cap. 2, n. 513. - <sup>5</sup> Lib. 6, part. 3, n. 391, i. f. - *Perez*, disp. 50, sect. 2, n. 3. - *Diana*, part. 5, tr. 5, resol. 14. - <sup>6</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 37. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 11, num. 51. - *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 66, art. 1, dub. 2. - <sup>7</sup> Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 16. - <sup>8</sup> Loc. cit. - <sup>9</sup> Part. 4, cap. 2, n. 516. - <sup>10</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 9. - *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 8. - *Coninck*, disp. 34, dub. 3, num. 24. - *Navar.*, *Man.*, cap. 16, n. 25. - *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, num. 15. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 16, num. 5. - *Margar. confessor.*, Interrogat. circa

<sup>l)</sup> Saltem mortaliter, uti dicunt auctores citati.

<sup>m)</sup> Victoria, *Sum.*, n. 275, principium generale habet, scilicet: non esse mortale si « per aliquod breve tempus differat ». Ex quo ipse Sanchez hoc exemplum colligit.

<sup>n)</sup> Gobat, n. 614, id habet ex Perez, et quidem his verbis: « P. Perez est circa obligationem reddendi admodum benignus, dum practice sic scribit... ». Videtur tamen Gobat hanc doctrinam approbare; ex ea enim ipse colligit aliud quoddam suum assertum.

<sup>o)</sup> Sanchez, loc. cit., n. 11; Pontius, lib. 10, cap. 2, n. 5; Villalobos, part. 1, tr. 13, diff. 45, n. 4, hoc exemplum omittunt.

941. - <sup>a)</sup> Eademque exceptionem habet Laymann.

<sup>b)</sup> Rebellus et Coninck expresse sic tenent;

est ut proles vivat inops, quam, ut omnino non sit. Tum quia aut conjux negaret diu, aut aliquando: si diu, exponeret alterum periculo incontinentiae: si aliquando, frustra negaret; nam conjuges rarius coeundo facilius concipiunt.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent <sup>c)</sup> Sanchez<sup>11</sup>, Pontius<sup>12</sup>, Diana<sup>13</sup>; Bonacina<sup>d)</sup> cum Ledesma<sup>d)</sup>, Rodriguez et Sà; ac Bossius<sup>14</sup> cum Soto, Comitolo, Villalobos, Reginaldo, Hurtado et Fagundez. Et probabilem putant Tamburinius<sup>e)</sup> et Sporer. — Ratio: tum quia multiplicitas prolium futurarum cederet in nocuum filiorum jam genitorum; tum quia in omnibus debitis magna difficultas excusat a solutione.

Conveniunt tamen omnes esse obligationem reddendi, si adsit in altero periculo incontinentiae: quod revera (ut bene advertit Coninck) vix non aderit, si in eodem toro conjux habitet, et alter debitum petat<sup>f)</sup>. — Et ideo prima sententia magis mihi arridet.

942. - « 4<sup>o</sup>. Peccat graviter vir vel mulier, si se impotentem reddat, etiam « mediis alias licitis, v. gr. jejuniis, etc.,

6 Praec., v. Octavo. - *Ludov. Lopez*, *Instruct.*, part. 1, cap. 79, v. *Peccat etiam*. - *Graff.*, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 1. - <sup>12</sup> Lib. 9, disp. 25, n. 3. - <sup>13</sup> Lib. 10, cap. 3, n. 7. - <sup>14</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 3. - *Rodrig.*, *Sum.*, part. 1, cap. 241, n. 1, i. f. - *Sà*, v. *Debitum conjugale*, n. 18. - <sup>15</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 220. - *Sotus*, in 4, dist. 32, art. 1, *Dubium*. - *Comit.*, *Respons. moral.*, lib. 1, qu. 136, n. 10, v. f. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 49, n. 2. - *Regin.*, lib. 31, n. 289. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 12, n. 54. - *Fagund.*, *Decal.*, lib. 6, cap. 3, n. 49. - *Sporer*, part. 4, cap. 2, num. 516. - *Coninck*, disp. 34, dub. 3, num. 24, vers. finem.

ceteri vero auctores a Palao citati idem insinuant, dum indistincte affirmant esse peccatum mortale negare debitum, ne proles multiplicetur.

<sup>c)</sup> Saltem negant esse mortale Bonacina, Rodriguez, Sà, Bossius, Sotus, Comitolo, Reginaldo, Hurtado, Fagundez.

<sup>d)</sup> Bonacina, de Matr., qu. 4, punct. 1, n. 13, limitat hanc suam sententiam, et negat esse justam causam debitum non reddendi, « si conjuges habeant facultates ad alendos filios quamdiu uterque vel alter eorum vixerit, licet post eorum mortem non supersit filiis quo se alant ». Eademque limitationem apponunt Ledesma, Villalobos et Reginaldo.

<sup>e)</sup> Tamburinius, *Decal.*, lib. 7, cap. 3, § 5, n. 23, simpliciter hanc sententiam tenet.

<sup>f)</sup> Et hoc ei diu negetur, addit Coninck.

Juxta alios, excusat.

Secluso periculo incontinentiae.

Prior sententia arridet Auctori.

Reddere se impotentem, invita parte, illicitum.

« invita comparte. — Imo, si aliter non possit reddere debitum, licite non observat jejunia Ecclesiae »: [Vide dicta Lib. III, n. 1034, ad 4, v. Bene autem, ubi diximus id procedere de viro: nam uxorem, difficile videtur per jejunia fieri impotentem ad reddendum; ut Salmant. a)] « sicut et uxor, si notabiliter iis fiat de formior. — Bonacina 1, Sanchez 2, Reginaldus b), Coninck, Filliuccius 3, etc., « Perez 4 ».

943. — « 5º. Conjux tenetur reddere debitum, quamvis illicite petenti, si reddito hic et nunc non sit illicita, v. gr. « petenti voluptatis causa, vel ligato castitatis voto, vel die festo, etc. Vide « Sanchez 5, Pontium 6, Coninck 7, Perez 8. « Quia malitia alterius non dat illi jus « negandi quod suum est. — Non tamen « tenetur reddere petenti, sine gravi causa, « modo innaturali, vel in loco publico vel « sacro, etc. ».

Certum est conjugem non teneri ad reddendum debitum cum peccato proprio, et etiam veniali; cum nemo possit esse obligatus ad peccandum a). — Ita commu-

niter Palaus 9, Bonacina 10, Laymann 11, Sporer 12, Bossius 13 et alii passim.

Sed quaeritur 1º. *Utrum liceat reddere illicite petenti cum peccato mortali?*

Si culpa se tenet *ex parte actus*, puta, si alter petat in loco sacro vel publico, vel si cum periculo abortus, vel sanitatis propriae aut alterius: omnes conveniunt non teneri conjugem, nec posse reddere sine gravi culpa. Quia tunc, cum actus sit per se malus, alter injuste petit, eo quod non habet jus petendi. — Ita Sanchez 14, Pontius 15, Salmant. 16 cum D. Thoma b), Coninck, Bonacina, Henriquez c); et alii passim. — Sed

944. — Dubitatur 1º. *Si culpa se tenet ex parte personae exigentis*, nempe si ille sit obstrictus voto castitatis, aut petat ob pravum finem, *an alter possit reddere?*

Prima sententia communis dicit non solum posse, sed etiam teneri a). Et hanc sequuntur Suarez 17, Lugo 18, Contin. Tournely 19, Concina 20, Laymann 21, Bonacina 22, Palaus 23, Sporer 24, Holzmann 25, Elbel 26; Escobar 27 cum Silvestro b), Coninck, Covarruvias et Henriquez; Sanchez 28 cum

Reddere petenti cum mortali ex parte actus, illicitum.

Juxta alios, undequaque sit peccatum, non licet reddere.

Petenti cum mortali ex parte personae:

Juxta alios, debet reddi.

1 De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 3. — 2 Lib. 9, disp. 3, n. 11. — Coninck, disp. 34, dub. 2, n. 18. — 3 Tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 306. — 4 Disp. 50, sect. 2, n. 7. — 5 Lib. 9, disp. 6, n. 7. — 6 Lib. 10, cap. 3, n. 3. — 7 Disp. 34, dub. 4, n. 31. — 8 Disp. 50, sect. 5, n. 4 et 11. — 9 Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 11, n. 1. — 10 Loc. cit., punct. 3, n. 4. — 11 Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 17. — 12 Part. 4, cap. 2, n. 517. — 13 De Effect. Matr., cap. 1, n. 226 et 227. — 14 Loc. cit., disp. 6, n. 16; et disp. 16, n. 8. — 15 Lib. 10, cap. 3, n. 3. — 16 Tr. 9, cap. 15, n. 21. — Coninck, disp. 34, n. 27. — Bonac., qu. 4,

punct. 3, n. 4, 6 et 10. — 17 De Censur., disp. 15, sect. 4, n. 9, v. Major difficultas. — 18 De Sacram. i. g., disp. 8, n. 182. — 19 Decal., de Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, qu. 3, v. Secunda. — 20 De Matr., diss. 4, cap. 5, n. 2. — 21 Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 17. — 22 De Matr., qu. 4, punct. 3, n. 2. — 23 Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 11, n. 3. — 24 Part. 4, cap. 2, n. 517. — 25 De Matr., n. 467, v. Tertio. — 26 De Matr., n. 416. — 27 Lib. 25, de Matr., n. 91. — Coninck, disp. 34, n. 26, 28, 30 et 31. — Covarr., de Matr., part. 2, cap. 3, § 1, n. 8. — Henriq., lib. 11, cap. 15, n. 8. — 28 Lib. 9, disp. 6, n. 7.

942. — a) Salmant., tr. 23, cap. 2, n. 127, hoc dicunt tum de marito tum de uxore.

b) Reginaldus, lib. 4, n. 221, casum diversimode ponit: « Uxor, inquit, cujus jejunium viro catholico ingratum est; ideoque illam vexat clamoribus, jurgiis, dissidiis, ac etiam verberibus, ad vitandam talium malorum gravem molestiam, potest solvere jejunium ».

943. — a) Auctores hic citati, praeter Bossium, habent tantum id quod a S. Alphonso ponitur inferius, de casu quo culpa se tenet ex parte actus. At profecto uterque casus videtur eodem recidere.

b) S. Thomas, in 4, dist. 31, Exposit. text., i. f., non videtur ad rem, quamvis a Salmant. citetur ut refert S. Alphonsus.

c) Henriquez, lib. 11, cap. 15, n. 7, dicit conjugem a redditione debiti excusari ob periculum gravis morbi.

944. — a) Lugo, Continuator Tournely et Elbel praetermittunt obligationem reddendi, et solum dicunt posse reddere, quamvis Contin. Tournely rationem afferat quae insinuat etiam teneri ad reddendum: « In his casibus, inquit, gravior urget obligatio, quam vitandi scandali, cujus materia subministratur ».

b) Silvester, v. Matrimonium VIII, qu. 15, dict. 7, aliud quoddam assertum habet, quod hic etiam ab Escobar ponitur. At v. Matrimonium VII, quaer. 5, v. Sextum, pro secunda sententia citatus, loquitur de utroque conjugum vovente, quos negat posse petere aut reddere. — Barthol. Medina male citatur a Sanchez; nam locus a Sanchez relatus non est ad rem, siquidem ibi, Sum., lib. 1, cap. 14, § 6, fol. 68, Medina dicit voventem petere non posse; sed si alter conjux petit, teneri voventem reddere debitum, idque sub poena mortalis peccati.

Angelo, Ledesma, Manuele, Petro Soto, Veracruz et Medina b); Bossius 1 cum Perez, Diana, Filliuccio et Villalobos; ac Salmant. 2 cum Aversa c), Rebello, Dicastillo d), etc. — Ratio, quia conjux ille per votum non amisit jus petendi: unde, quamvis illicite, non tamen injuste debitum exigit.

Secunda vero sententia, quam tenent Pontius 3; et Croix 4 cum Silvestro b), Comitolo et aliis paucis, dicit quod, sive culpa se teneat ex parte actus, sive ex parte personae petentis, non licet ei reddere (nisi sit in potestate petentis ab illa prava circumstantia se liberare, puta si exigeret ob malum finem). — Ratio, quia, posito impedimento voti, actus conjugalis necessario est illicitus petenti, cui cooperari alteri non licet. Nec petens eo casu habet dominium in corpus alterius: tum quia dominium tunc est impeditum a voto; tum quia conjux non habet jus nisi ad usum licitum matrimonii. — Huic autem congruunt dicta de Restit., n. 697, v. Probabilissimum, ubi dicunt Lugo 5, et Croix cum Lessio, Molina, Soto, Navarro, etc. e), quod debitor non tenetur restituere domino rem qua ille est abusus ad peccandum: quod expresse etiam tradit D. Thomas 6, ubi: *Quando res restituenda apparet esse graviter nociva ei cui restitutio facienda est..., non ei debet tunc restitui; quia restitutio ordinatur ad utilitatem ejus cui restituitur*. Dicit tamen Lugo 7 quod,

cum haec obligatio sit tantum caritatis, non obligatur debitor ad negandum, si non possit negare sine gravi incommodo.

Haec sententia est quidem probabilis. — Sed prima videtur probabilior, saltem extrinsece. Gravi utique nititur ratione; quia obstrictus voto adhuc retinet jus ad petendum, et consequenter tenetur alter ei reddere. Prout si quis votum emitteret non exigendi a te pecuniam debitam, si ille postea petit, teneris tu reddere; quia per votum creditor non amisit jus suum. Et eo casu tu reddendo minime cooperaris formaliter ejus peccato, cum non sis causa cur ille debitum exigit; sed tantum concurris ad materiale peccati, quod tu non potes impedire, cum debes rem suo domino reddere: et ideo nec teneris impedire, quia impediendo, actum injustitiae committeres. — Nec valet dicere quod nemo habet jus ad actum illicitum. Nam responderetur quod, esto conjux ille petens non habeat jus ad petendum cum peccato; habet tamen jus ad actum conjugalem, qui per se est honestus. Unde alter reddendo non peccat; quia dat operam, non alterius peccato, sed actui licito et ex justitia debito.

Hinc dicunt Sanchez 8 cum Paludano, Henriquez, Manuele f) et Ledesma; ac Salmant. 9 cum Coninck et Bonacina, quod, licet conjux voverit ex consensu alterius, si tamen expresse non cessit juri suo petendi, etiam tenetur alter debitum red-

Angel., v. Matrimonium III, impedit, n. 5. — Petr. Ledesm., qu. 53, art. 1, v. Est tamen adhuc... concl. 2. — Man. Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 92, n. 4 (al., cap. 90, n. 4). — Petr. de Soto, lect. 16, de Matr., i. f. — Veracr., part. 1, art. 15, i. f.; et Append. ad art. 15, v. Unum tamen. — 1 De Effect. Matr., cap. 1, num. 241. — Perez, disp. 50, sect. 5, num. 4, 9 et seqq. — Diana, part. 3, tr. 4, resol. 296. — Fill., tr. 10, part. 1, n. 307 et 309. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 47, n. 2. — 2 Tr. 9, cap. 15, n. 18. —

Rebel., part. 2, lib. 3, qu. 17, n. 10. — 3 Lib. 10, cap. 3, n. 3. — 4 Lib. 6, part. 3, num. 353. — Comitolo., Respons. moral., lib. 1, qu. 136, n. 9, v. Magis est. — 5 De Just. et Jure, disp. 21, n. 26. — 6 2ª 2ª, qu. 62, art. 5, ad 1. — 7 Loc. cit., n. 26. — 8 Lib. 9, disp. 36, n. 11. — Palud., dist. 32, qu. 2, art. 2, concl. 3 (n. 20). — Henriq., lib. 11, cap. 15, n. 8. — Barthol. Ledesma, de Matr., diff. 20, concl. 1. — 9 Tr. 9, cap. 15, n. 20. — Coninck, disp. 34, dub. 6, n. 53. — Bonac., qu. 4, punct. 3, n. 7.

c) Aversa male citatur a Salmant. Nam primo, qu. 21, sect. 7, v. Septimo, destruit principium generale; et admittit solum posse et teneri reddere, quando alter pravo fine petit. Deinde, qu. 10, sect. 4, v. Quodsi, adhaeret opinioni quae negat conjugem posse reddere quando alter sacrilege ob votum petit, modo tamen (explicat) « possit negare absque suo vel alterius gravi dispendio ».

d) Dicastillus, disp. 9, dub. 19, n. 243, probabilissimum esse ait quod reddere possit; sed, n. 244, probabilissimam etiam ait Pontii

distinctionem, nempe: Si illicite petat ratione impedimenti a quo se liberare nequeat, ut est votum, affinitas, non licet reddere; si vero possit se liberare, ut si petat ob pravum finem, potest et tenetur reddere.

e) Vide tamen pro Croix et ab eo allegatis auctoribus notam d ad dictum n. 697.

f) Emmanuel Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 241, n. 14, scribit utique: « Quando unus conjugum de consensu alterius promittit continentiam; qui consensit potest solvere ». Sed, part. 2, cap. 92, num. 5, oppositum omnino

Haec sententia probabilis, prima probabilior.

Quid reddente illicite petenti.

Nullus tenetur reddere cum peccato proprio.

dere. — Imo, etiamsi ad invicem voverint, non intendentes pedere juri suo <sup>g)</sup>, adhuc tenetur alter petenti reddere; ut dicunt iidem Salmant. <sup>1</sup> cum Sanchez, Lessio, Bonacina et Henriquez.

Bene tamen advertunt Sanchez <sup>2</sup> cum Covarruvias <sup>h)</sup> et Adriano <sup>h)</sup>; ac Bossius <sup>3</sup> cum Coninck, Rebello et Villalobos, quod eo casu tenetur conjux monere petentem ligatum voto, ut a petitione desistat; modo possit monere sine timore magni dissidii, vel indignationis aut incontinentiae alterius: quae incommoda dicunt Sanchez et Bossius ut plurimum adesse. — Quando autem conjux praevidet quod alter impeditus voto vel alio impedimento illicite petet; tunc tutius erit ut ipse praeveniat, et si ille jam petierit, ipse tunc etiam petat, dicens: *volo ut tu mihi reddas*. Sed ad hoc merito ait Sanchez <sup>4</sup> uxores raro obligari; quia magnum onus esset eis, ob naturalem mulierum verecundiam, teneri ad semper petendum. — Praeterea advertendum cum Bossio <sup>5</sup> quod si conjux

impeditus petat infra primum bimestre, non tenetur nec potest alter ei reddere <sup>i)</sup>, cum eo tempore ille non habeat jus ad petendum.

945. - Dubitatur <sup>2o</sup>. *An conjux possit et teneatur reddere debitum incestuoso petenti?* — Adsunt tres sententiae.

Alii, ut Hostiensis et Lopez, apud Bossium <sup>6</sup>, dicunt teneri. — Alii, ut Pontius <sup>7</sup>; et Palacios ac Petrus Ledesma, apud Sanchez <sup>8</sup>, dicunt nec teneri nec posse. Quia, cum incestuosus sit privatus jure petendi; alter reddendo, illicite cooperaretur illius peccato.

Alii vero communius et probabilius dicunt non teneri, sed posse <sup>a)</sup>. Ita Sanchez <sup>9</sup>, Palaus <sup>10</sup>, Bonacina <sup>11</sup>, Salmant. <sup>12</sup>; Bossius <sup>13</sup> cum S. Antonino, Paludano, Silvestro, Laymann, Covarruvias, Victoria, Reginaldo, Villalobos, etc. — Ratio, quia licet incestuosus sit privatus jure suo; conjux tamen innocens, cum habeat jus petendi, a fortiori habet jus reddendi. Alioquin grave onus deberet subire (maxime uxor), si

Incestuosus, juxta alios, debet reddi.

Juxta alios, nequit reddi.

Probabilius alios, sed non debet.

<sup>1</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 20. - Sanchez, lib. 9, disp. 37, n. 4. - Less., lib. 2, cap. 40, dub. 15, n. 96. - Bonac., qu. 4, punct. 3, n. 8. - Henric., Lib. 11, cap. 15, n. 8. - <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 6, n. 5. - <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 248. - Coninck, disp. 34, n. 30. - Rebello, part. 2, lib. 3, qu. 17, n. 10. - Villal., part. 1, tr. 13, diff. 47, n. 2. - Sanchez, loc. cit., n. 5. - Boss., loc. cit. - <sup>4</sup> Lib. 9, disp. 6, n. 5, v. f. - <sup>5</sup> Cap. 1, n. 252 et 273. - Hostien., in cap. *Si vir*, n. 3, v. *Patrocinari*, de cognat. spirit. - Greg. Lopez, part. 4, tit. 2, ley 13, gloss. 9. - <sup>6</sup> Cap. 1, n. 249. - <sup>7</sup> Lib. 10, cap. 3, n. 3. - Mich. de Palac., in 4, dist. 34, disp. 2, v. *Quodsi objeceris*. - Petr.

Ledesm., qu. 55, art. 6, diff. 6, v. *His non obstantibus*. - <sup>8</sup> Lib. 9, disp. 6, n. 11. - <sup>9</sup> Loc. cit., n. 12. - <sup>10</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 7. - <sup>11</sup> Qu. 4, punct. 3, n. 3. - <sup>12</sup> Tr. 9, cap. 15, num. 15. - <sup>13</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 250. - S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. *Tertius casus*. - Palud., dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 4 (n. 9). - Silvest., v. *Luxuria*, qu. 4, v. *Quartum*. - Laym., lib. 5, tract. 10, part. 3, cap. 1, num. 17. - Covarr., de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, num. 5. - Victor., Sum., num. 288. - Reginald., lib. 31, n. 292. - Villal., part. 1, tr. 13, diff. 47, num. 3.

tenet: « Si uxor voverat continentiam de consensu mariti, nec uxor poterit petere, nec ipse solvere, quia esset cooperari peccato ejus ».

<sup>g)</sup> Haec tamen intelligenda sunt de casu quo uterque seorsum, sed de consensu alterius, castitatem voverit; si vero votum emisum fuerit ab utroque per modum reciprocae conventionis (quod est proprie vovere mutuo consensu), ita ut inter eos fuerit mutuum pactum: voveo ut voveas, neutrum posse reddere, ut ait Sanchez, *disp. 37, n. 10*, et indicat etiam Lessius. — Henriquez autem, licet primo intuitu contradicere videatur, re tamen vera ab hac sententia non dissentit, dicens: « Si post matrimonium uterque mutuo consensu emittat votum continentiae; primo neuter reddere tenetur nec licite potest... quia uterque in favorem divini cultus aequae cessit jure suo ».

<sup>h)</sup> Covarruvias, de Matr., part. 2, cap. 3, § 1, num. 8, i. f.; Adriano, in 4, de Matr.,

*dub. 14, § Ad rationes, v. f.*, id potius supponunt quam expresse dicant. Covarruvias enim negat in his casibus uxorem mortaliter peccare ex cooperatione, « cum non cooperetur sponte sed coacte, nec possit ab hoc peccato virum avertere ». — Adrianus pariter: « Non omnis cooperatio facta alteri ad peccatum est consensus cooperationis... Sed spontanea cooperatio, et quae est causa peccati, dicitur consensus cooperationis, videlicet quando non cooperando potest prohibere vel revocare a peccato ».

<sup>i)</sup> Bossius tamen, *n. 254*, dicit valde probabile esse quod potest reddere, quamvis dixerit oppositum esse magis commune.

945. - <sup>a)</sup> Bossius, *n. 250*, negat teneri reddere; et ita etiam S. Antoninus, Paludanus, Silvester, Covarruvias et Victoria. Posse tamen reddere valde probabile ait Bossius, *n. 254*; idemque satis innuit Reginaldus, *n. 293*. — Villalobos autem, *n. 3*, negat teneri, et *n. 4*, negat posse debitum reddere.

semper deberet petere; imo magnis scrupulis deberet angi, existimans ne forte moveatur ad reddendum ex tacita petitione alterius: hoc autem onus satis excusat a cooperatione ad materiale peccati quod committit incestuosus. — Tutius autem erit (ut diximus), ut conjux innocens tunc ipse petat.

946. - Quaeritur <sup>2o</sup>. *An petenti cum sola culpa veniali teneatur alter reddere?*

Alii affirmant, ut Bossius <sup>1</sup>, Escobar <sup>2</sup>, Sporer <sup>3</sup>; Sanchez <sup>4</sup> cum Cajetano <sup>a)</sup> et Petro Soto; Laymann <sup>5</sup> cum Dominico Soto <sup>b)</sup> et Navarro <sup>c)</sup>; ac Bossius <sup>6</sup> cum Coninck <sup>d)</sup>, etc. — Ratio: tum quia vinculum justitiae, quo conjuges tenentur reddere, fortius stringit quam vinculum caritatis, quo tenentur vitare peccatum alterius; tum quia semper (ut ajunt) adest justa causa reddendi, scilicet ne exigenti displiceat, vel saltem (ut dicit Sanchez) ne privetur jure suo reddendi. — Alii tamen, ut Bonacina <sup>e)</sup> cum Armilla <sup>d)</sup>, dicunt non teneri, nisi adsit justa causa ex parte petentis.

Ego dico omnino distinguendum:

Si actus est illicitus ex parte *personae petentis*, puta si petat ob voluptatem vel alium finem leviter malum, vel die quo vult Eucharistiam accipere: tunc tenetur reddere. Quia, cum actus sit per se honestus, tenetur ex justitia ad reddendum,

etiamsi exigens peccet graviter in petendo; ut diximus *n. 944, v. Prima*.

Si vero actus est venialiter illicitus ex parte *ipsius actus* seu copulae, ut si petatur situ innaturali, vel tempore menstrui aut puerperii: tunc, quando adest justa causa, potest quidem reddere; cum quaelibet justa causa excuset a veniali. Justa autem causa erit v. gr., ne incurrat indignationem alterius sive rancorem illius quodammodo notabilem, et non possit eum commode avertere. Causa vero quam adducit Sanchez, nempe ne conjux privetur suo jure reddendi, non videtur sufficiens; nam sicut petens tunc non habet jus ad sic petendum, ita nec alter jus habet ad sic reddendum. — Dixi: *potest reddere*, sed non tenetur. Quia, licet vinculum justitiae fortius sit vinculo caritatis; attamen, cum actus sit tali modo per se illicitus, alter non habet jus ad illum: et sic respondetur ad rationem primae sententiae. Ita Busenbaum (ut supra, *n. 943*) ac Lessius <sup>7</sup>; item Palacios et Ledesma, apud Sanchez <sup>8</sup>. Et probabilem putat Croix <sup>e)</sup> cum S. Antonino <sup>9</sup>: ubi ait tunc teneri conjugem ad reddendum, quando alter petit modo naturali; ergo, si innaturali, non tenetur. — Sane vero teneretur reddere, si petens haberet justam causam etiam ex sua parte sic petendi: puta si peteret copulam situ innaturali, eo quod uxor sit praegnans, aut ipse sit pinguis,

Si ex parte actus, potest reddere ex justa causa.

Sed non tenetur.

Nisi petens habeat justam causam.

<sup>1</sup> Cap. 1, n. 280. - <sup>2</sup> Lib. 25, n. 93. - <sup>3</sup> Part. 4, cap. 2, n. 518. - <sup>4</sup> Lib. 9, disp. 6, n. 6; et disp. 16, n. 8, v. f. - Petr. de Soto, lect. 16, de Matr., i. f. - <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 18. - <sup>6</sup> Cap. 1, n. 280. - Sanchez, lib. 9,

disp. 6, n. 6, i. f. - Sanchez, loc. cit. - <sup>7</sup> Lib. 4, cap. 8, n. 89, v. f. - Mich. de Palacios, in 4, dist. 32, disp. 1, Casus 10. - Barthol. Ledesma, de Matr., diff. 71, concl. 4. - <sup>8</sup> Loc. cit. disp. 16, n. 8. - <sup>9</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 7.

946. - <sup>a)</sup> Cajetanus, in *2am 2ae, qu. 154, art. 1, v. Ad secundum de modo*, tractat de casu speciali mutationis situs; et id « videtur sentire », uti prudenter loquitur Sanchez *disp. 16, n. 8*, quia objiciens non esse uxorem ad tales actus, id negat dicitque « quod uxor est uxor ad omnem actum ex quo potest sequi generatio. Ex quo non dat tantam latitudinem in hujusmodi actibus, quamvis unus sit principalis ».

<sup>b)</sup> Laymann citat Petrum, non vero Dominicum Sotum.

<sup>c)</sup> Navarrus, *Man., cap. 16, n. 32*, dicit reddi posse menstruorum tempore, si id recto fine fiat. — Coninck autem, *disp. 34, n. 27*, dicit posse reddi, quando copula illicita quidem est ratione alicujus indecentiae, sed negari non potest sine gravioris incommodi

periculo; et *n. 76*, addit teneri reddere tempore menstrui.

<sup>d)</sup> Bonacina eandem distinctionem affert ac S. Alphonsus; nam, *qu. 4, punct. 3, n. 9*, ait esse reddendum si peccatum veniale se teneat solum ex parte personae petentis; non esse reddendum, si se teneat ex parte actus; hinc sequitur, addit *n. 10*, « conjugem non debere reddere debitum alteri conjugi qui petit modo indebito quoad situm, nisi adsit justa causa ob quam excusetur a petendo tali modo ». Et hic citat Armillam; qui, *v. Debitum, n. 7*, dumtaxat a redditione debiti excusat, « quando modo indebito exigitur, ut viro succubo et uxore incuba, vel alio modo periculoso de non generando, aut inhonesto, aut indebito tempore ».

<sup>e)</sup> Croix, *lib. 6, part. 3, n. 356*, utramque

vel alioquin immineret periculum scandali (Vide dicta n. 917, v. *Hinc*). Vel, si petat tempore menstrui aut puerperii, cum periculo incontinentiae; juxta dicta n. 925, v. *Tertia*, in fine.

An autem conjux teneatur reddere petenti statim post prandium? Vide dicta n. 910, v. *Videtur*. — An, petenti die Communionis? Vide n. 922, ac in Tract. de *Euchar.*, n. 274. — An petenti in die festivo, jejunii et rogationum? Vide n. 923.

947. - Quæritur 3°. An liceat uxori reddere debitum, vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam?

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Pontius<sup>1</sup>, Tamburinius<sup>2</sup> et Sporer<sup>3</sup>. Quia (ut ajunt) cum mulier reddat ut petit, dat operam rei licitae; nec ipsa, propter malitiam viri, debet suo jure privari. — Secunda sententia, quam tenent Roncaglia<sup>a</sup>) et Elbel<sup>a</sup>), dicit uxorem non posse nec petere nec reddere: nisi adsit gravis causa, quae ipsam excuset in permittendo peccatum viri et in cooperando ad materiale peccati illius. Alias tenetur ex caritate, cum possit sine gravi incommodo, viri peccatum impedire.

Ego tamen distinguendum puto:

Si agatur de reddendo debito, dico uxorem probabiliter posse et teneri negare debitum, si possit sine gravi incom-

modo: juxta secundam sententiam allatam n. 944; quia abusus re sibi debita non habet jus ad rem sibi vindicandam. — Sed probabiliter videtur uxor non solum posse reddere, ut dicit prima sententia, quam sequitur etiam Sanchez<sup>4</sup>, sed etiam teneri. Ratio, quia (juxta dicta citato n. 944) quando culpa se tenet ex parte personae petentis, cum ipse habeat jus ad copulam, nequit alter sine injustitia debitum negare, si non possit monendo a tali culpa illum avertere. Et tunc patet quod reddens ne materialiter quidem cooperatur peccato illius; cum non cooperetur seminationi extra vas, sed tantum copulae inceptae, quae per se omnino utrique est licita.

Si vero agatur de petitione debiti, dico cum secunda sententia uxorem non posse petere, si non adsit justa et gravis causa; tunc enim revera tenetur ex caritate impedire peccatum viri. — Justam autem causam habebit petendi, si ipsa esset in periculo incontinentiae; vel si deberet alias privari suo jure petendi plusquam semel vel bis, cum perpetuo scrupulo an ei sit satis grave incommodum vel ne tunc se continere. Vide dicta in pari casu, Lib. II, n. 53, v. *Affirmant*, in fine<sup>b</sup>).

948. - « 6°. Non tenetur reddere: 1°. Si alter alteri debitum remiserit: v. gr. si consensus mutuo voverint castitatem »,

Probabiliter tenetur reddere.

Sed non potest petere, seclusa gravi causa.

Causae excusantes a redditione debiti.

Volenti seminare extra vas:

Uxor potest reddere, juxta alios.

Juxta alios, nequit, seclusa gravi causa.

S. Doctor distinguit: uxor probabiliter potest negare debitum.

[Sed oppositum est probabile, si non intenderint cedere juri suo; juxta dicta n. 944, v. *Hinc*] « vel auctoritate publica celebrarint divortium. — 2°. Si petens sit « amens; quia talis non est capax usus « domini, nec petit cum ratione et humano modo. Quod etiam valet in ebrio. « Simpliciter tamen uti petere, ita reddere licet tam ebrio quam amenti: nisi « esset periculum foetus enecandi. Navarrus<sup>a</sup>), Silvester<sup>a</sup>), Laymann<sup>1</sup>. — 3°. Si « alter moechatus sit; quia frangitur fidem « fides frangitur eidem: nisi tamen ipse « quoque sit adulter vel causa adulterii ». [Vide dicenda n. 966].

Quæritur: an conjux teneatur reddere debitum amenti vel ebrio?

Affirmant Navarrus<sup>2</sup>; et Silvester, Angelus, Graffius, Ledesma, etc., apud Bossium<sup>3</sup>. — Quia conjux ebrius vel factus amens adhuc retinet dominium acquisitum in corpus alterius; nec officit amentia ad procreationem prolis.

Negant vero communissime et probabiliter Busenbaum (ut supra), Laymann<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Bonacina<sup>6</sup>, Sanchez<sup>7</sup>, Concina<sup>8</sup>, Croix<sup>9</sup>; et Bossius<sup>10</sup> cum Soto, Coninck, Filliuccio, Victoria, Lopez, Henriquez, Reginaldo, Fagundez, Aversa, Hur-

Juxta alios, conjux tenetur reddere amenti vel ebrio.

Probabiliter non tenetur.

<sup>1</sup> Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 9. — <sup>2</sup> Man., cap. 16, n. 27. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 1, v. *Secunda est*. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 5. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 4. — *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 60, art. 3, v. *An autem*. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 293. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 9. — <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 18. — <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 10. — <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 23, n. 10 et 12. — <sup>8</sup> Diss. 4, cap. 8, n. 31. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 8, num. 394. — <sup>10</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 294. — *Soto*, in 4, dist. 34, art. 4, *Aliud dubium*. — *Coninck*, disp. 34, num. 80. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 338. — *Victor.*, Sum., n. 287. — *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1,

tado, etc. Ratio, quia, licet isti dominium retineant, sunt tamen incapaces usus domini. — Excipe 1°. Si in eis sit periculum prodigendi semen; quia tametsi ipsi non peccent, est tamen impediendus actus materialiter malus. — Excipe 2°. Si quis non esset universe amens, sed in una tantum vel altera materia<sup>b</sup>). Sanchez<sup>11</sup>, Bossius<sup>12</sup>. Vel, si ille esset tantum fatuus, non vero omnino mente captus; vel si petat, dum habet lucidum intervallum<sup>c</sup>). Bossius<sup>13</sup> cum Sanchez, Richardo et Coninck.

Quamvis autem non sit obligatio reddendi conjugi amenti vel ebrio; licitum est tamen ei reddere (ut communiter dicunt praefati auctores), cum usus matrimonii per se sit licitus, et proles educari possit a conjuge sanae mentis. Modo (intelligendum) absit periculum scandalii vel abortus. Unde bene addunt Sanchez<sup>14</sup> et Bossius<sup>15</sup> quod non licet coire cum uxore amente furiosa, nisi ipsa experta sit sterilis. — Peccaret etiam qui conjungeret ad copulam conjuges ambos amentes; quia esset causa ut filii carerent debita educatione. Sanchez<sup>16</sup> cum Ledesma et Lopez; et Bossius<sup>17</sup> cum Bonacina<sup>d</sup>), Coninck<sup>d</sup>), Laymann<sup>d</sup>), Dom. Soto, Filliuccio, etc.

Exceptiones.

Licitum est reddere amenti vel ebrio.

Conditiones et exceptiones.

sententiam affert, nec de alterutra suum judicium interponit.

947. - a) Roncaglia hanc sententiam plane indicat, licet via contraria procedat: « Si vir post inceptam copulam (ita ille, qu. ult., quæstionum. 10, resp. 2) se retrahat, et seminet extra vas, non proinde impeditur femina a petendo vel reddendo, quoties illi grave sit se continere ». — Elbel pariter, n. 394 ait: « Reddere potest licite, si absque gravi incommodo, offensa, periculo rixarum aut incontinentiae (quod raro abesse solet in similibus casibus) illud declinare nequeat ».

b) Ad quaestionem: an liceat uxori reddere debitum vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam? respondit pluries Sacra Poenitentiarum, et inter alia, 1 Febr. 1823: Cum in proposito casu, mulier a sua quidem parte nihil contra naturam agat detque operam rei licitae, tota autem actus inordinatio ex viri malitia procedat, qui

loco consummandi retrahit se et extra vas effundit; ideoque si mulier post debitas admonitiones nihil proficiat, vir autem instet, minando verbera, mortem aut alia gravissima mala, poterit ipsa (ut probati theologi docent) citra periculum permissive se habere; cum in rerum adjunctis ipsa sui viri peccatum simpliciter permittat idque ex gravi causa quae eam excusat; quoniam caritas, qua illud impedire tenetur, cum tanto incommodo non obligat. — Pariter 15 Nov. 1816: Probati castigatique morales theologi in hoc consentiunt, ut liceat uxori debitum reddere, si ex ejus denegatione male habenda sit a viro suo, et grave inde incommodum sibi timere possit; neque enim, ajunt, hoc in casu, censetur uxor viri sui peccato formaliter cooperari, sed illud tantummodo ex justa et rationabili causa permittit. Moneat tamen orator hujusmodi uxorem, ut non cesset prudenter commonere virum suum, ut ab hac turpitudine desistat.

948. - a) Navarrus et Silvester melius citantur a S. Alphonso; dicunt enim necessario reddendum esse debitum conjugi fatuo vel furioso, quoties scilicet reddi potest sine periculo propriae personae. Et hanc limitationem etiam habent Angelus et Graffius infra citandi.

b) Addit Sanchez: « Cum tamen circa matrimonium et alia sint sui compotes ». Itemque Bossius.

c) Pro lucidis intervallis Bossius sententiam hanc ita limitat: « Dummodo tamen non timeatur periculum prolis ratione abortus vel defectus educationis, quod facile contingeret, si lucida intervalla essent rara, et subsesset

probabile periculum perpetuae amentiae ». — Sanchez vero, de casu quo sunt rara lucida intervalla et adest periculum perpetuae amentiae, ait « judicandum esse ac distinguendum sicut de perpetua amentia unius aut utriusque conjugis ». — Coninck denique: « Quodsi lucida habeant intervalla, prudenti judicio videndum est an sine periculo prolis possint matrimonio uti, et secundum hoc judicandum an separandi sint necne ».

d) Bonacina male citatur a Bossio; etenim, qu. 4, punct. 1, n. 10, ubi tractat de amentia alterutrius conjugis, omittit casum de quo in praesenti, scilicet de utroque amente. — Coninck autem et Laymann assertum innuunt;

Incestuosus et volvens castitatem quando prohibeantur a petendo.

949. — « 7°. Etsi is qui, matrimonio con- tracto, sciens prudens voluntarie co- gnovit consanguineam uxoris in primo « vel secundo gradu, non possit petere « debitum », [Ex cap. 1, de eo qui cognov. consang. Vide dicenda ex n. 1070.] « te- « netur tamen reddere. — Idem est de eo « qui, inscia comparte, vovit castitatem « post matrimonium consummatum. Si « tamen ante vovisset, videtur obligari ad « ingressum religionis, saltem primo bime- « stri (nisi tamen matrimonium consum- « maverit); imo etiam post, si uxor consen- « tiat. De quo plura vide apud Laymann<sup>1</sup> ».

Quando conjux excusetur a reddendo.

950. — « Resp. II°. Conjux non tenetur « reddere debitum, si inde grave damnum « vel periculum sibi vel proli merito ti- « meat. Perez<sup>2</sup>. — Unde non tenetur se- « quentibus casibus:

« 1°. Si illud petat maritus morbo con- « tagioso laborans<sup>a)</sup>, v. gr. gallico, peste, « lepra, etc. (nisi tamen haec ante matri- « monium fuerit cognita, et non sit nimis « gravis). — Bonacina<sup>3</sup>, Perez<sup>4</sup>, Sanchez<sup>5</sup>, « Laymann<sup>6</sup> ».

Quaeritur: an conjux teneatur reddere debitum alteri laboranti aliquo morbo con- tagioso, puta, lepra, peste, phthisi, morbo gallico et simili?

Conjux reddere tenetur cum levi suo damno.

Certum est 1°. Conjuges teneri ad red- dendum cum levi suo damno. Hinc enim praeponderat lex justitiae, obligans qui- dem sub gravi; cum redditio debiti gravis sit materia. — Ita communiter Sanchez<sup>7</sup> cum Soto, Navarro<sup>b)</sup>, etc.; ac Bossius<sup>8</sup> cum Bonacina, Rebello, Villalobos, etc.

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, a n. 10. — <sup>2</sup> Disp. 50, sect. 4, n. 1. — <sup>3</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 8. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>5</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 14, 17, 18 et 22. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 5, et 6. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>8</sup> Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2. — <sup>9</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 168. — <sup>10</sup> Bonac., loc. cit., n. 3 et 4. — <sup>11</sup> Rebel., part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 4. — <sup>12</sup> Villal., part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 2. — <sup>13</sup> Suppl., qu. 64, art. 1, ad 4. — <sup>14</sup> S. Bonav., in 4, dist. 32, art. 2, qu. 1. — <sup>15</sup> Richard. de Mediavilla, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 2. — <sup>16</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 15. — <sup>17</sup> Loc. cit. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 183. — <sup>19</sup> Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5 et 6, ad m. — <sup>20</sup> Loc. cit., n. 17. — <sup>21</sup> S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. Quartus casus. — <sup>22</sup> Navar., Man.,

et quidem Coninck, disp. 34, n. 79, scribens: « Si uterque conjux sit omnino amens, illicitus est inter eos usus conjugii ob periculum quod proli imminet, quia eam non possunt bene educare; et quia tales vix ut decet matrimonio uti possunt: quare omnino separandi sunt ». — Laymann vero, lib. 5, tr. 10, part. 3,

Unde dicunt D. Thomas<sup>9</sup>; et D. Bo- naventura, Richardus et alii, apud Sanchez<sup>10</sup>, uxorem teneri ad reddendum de- bitum viro leproso; ex cap. 2, de conjug. lepros., ubi: Quod si virum sive uxorem leprosum fieri contigerit, et infirmus a sano carnale debitum exigat; generali praeepto Apostoli, quod exigitur est solvendum: cui praeepto nulla in hoc casu exceptio invenitur. Ratio, quia, cum copula brevi fit, non imminet ex ea periculum infectionis; et ideo ait D. Thomas<sup>11</sup>: Tenetur reddere..., non tamen... cohabitare, quia non ita cito inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione. — Communiter tamen id limitant doctores. 1°. Si ex tali coitu, judicio medicorum, adsit periculum infectionis notabiliter noxiae. Ita Bossius<sup>12</sup> cum Laymann; et Sanchez<sup>13</sup> cum S. An- tonino, Navarro, Soto, Paludano, Cajetano, Victoria et aliis. — Limitant 2°. Si conjux sanus tantum horroris habeat ad coeun- dum cum leproso, ut id sit ipsi moraliter impossibile: impossibile enim nulla est obligatio ex leg. Impossibilium, ff. de divers. regul. juris. Ita Sanchez<sup>14</sup>; et Bos- sius<sup>15</sup> cum Hostiensi, Panormitano, Silve- stro, Pontio, Soto, Barbosa, Laymann, Fil- liuccio Reginaldo, Villalobos, etc.

Hinc tene- tur reddere leproso.

Limitatio- nes.

Certum est 2°. Non teneri conjugem reddere debitum cum gravi periculo propriae vitae aut sanitatis. — Ita D. Tho- mas<sup>16</sup>, ubi: Vir tenetur uxori debitum red- dere..., salva tamen prius personae incol- luitate. Et ita communiter omnes (vide Sanchez<sup>17</sup>). Ratio, quia (ut ait D. Thomas

Non tene- tur reddere cum suo gravi peri- culo.

cap. 16, n. 25. — <sup>18</sup> Sotus, in 4, dist. 32, art. 1. — <sup>19</sup> Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 1 (n. 6). — <sup>20</sup> Cajetan., Sum., v. Matrimonii usus, v. Primus est. — <sup>21</sup> Victor., Sum., n. 275, v. f. — <sup>22</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 21. — <sup>23</sup> De Effect. Matr., cap. 1, num. 194. — <sup>24</sup> Hostien., in cap. 2, de conjug. lepros., i. f. — <sup>25</sup> Panorm., in cap. 2, eod., n. 5. — <sup>26</sup> Silvest., v. Lepros., n. 3. — <sup>27</sup> Pont., lib. 10, cap. 14, n. 4. — <sup>28</sup> Sotus, loc. cit. — <sup>29</sup> Bar- bos., Collect. in cap. 2, de conjug. lepros., n. 5. — <sup>30</sup> Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6, ad n. — <sup>31</sup> Fill., tr. 10, part. 1, n. 340. — <sup>32</sup> Reginald., lib. 31, n. 284. — <sup>33</sup> Villal., part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 3. — <sup>34</sup> Suppl., qu. 64, art. 1. — <sup>35</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 2.

cap. 1, n. 9: « Si uterque conjux, inquit, in amentiam incidat, separandi sunt donec ad mentem redeant ».

950. — a) Bonacina, Perez et Sanchez id limitant ad periculum propriae infectionis.

b) Navarrus, Man., cap. 16, n. 25, via contraria procedit: « Non tenetur reddere,

hic est ordo naturalis, ut prius aliquid in seipso perficiatur, et postmodum alteri de perfectione sua communitur; et hic est etiam ordo caritatis, quae naturam per- ficit.

Nec po- test, cum tali periculo suo vel pe- tentis.

Certum est 3°. Conjugem non solum non teneri, sed nec etiam posse reddere cum gravi periculo suae salutis; quia nemo est dominus vitae suae. Ita communiter Palaus<sup>1</sup>, Pontius<sup>2</sup>; Sanchez<sup>3</sup> cum Soto, Cajetano, Armilla, Ledesma, etc.; ac Bos- sius<sup>4</sup> cum Laymann, Coninck, Filiuccio, etc. — Et hoc, etiamsi illud grave damnum immineret soli petenti; ut dicunt San- chez<sup>5</sup>; et Bossius<sup>6</sup> cum Soto, Armilla, etc. Eo enim casu, reddens tantum excusari posset, si ab altero timeretur proximum periculum occisionis. — Limitant vero Sanchez<sup>7</sup> cum Ledesma, Palacios, Vega, Manuele, etc.; ac Laymann, Azor, Fil- liuccius, apud Bossium<sup>8</sup>, si conjux sanus ante matrimonium jam noverit alterius morbum contagiosum; quia (ut ajunt) in omnibus contractibus, quando detegitur vitium rei, non minus obligantur contra- hentes quam si res vitio careret. Sed me- rito hanc limitationem rejiciunt Palaus<sup>9</sup>; et Angles ac Villalobos, apud Bossium<sup>10</sup>;

Quaedam limitatio rejicitur.

<sup>1</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, num. 4. — <sup>2</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 3. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 8. — <sup>4</sup> Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2. — <sup>5</sup> Cajetan., Sum., v. Matrimonii peccata, v. Quartum caput. — <sup>6</sup> Armill., v. Matrimonium, n. 68. — <sup>7</sup> Mart. Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 66, art. 1, v. Sed in oppositum. — <sup>8</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 169. — <sup>9</sup> Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5. — <sup>10</sup> Coninck, disp. 34, n. 20. — <sup>11</sup> Fill., tr. 10, part. 1, n. 339. — <sup>12</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 9 et 10. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 209. — <sup>14</sup> Sotus, in 4, dist. 31, art. 3, v. Quodsi rursus. — <sup>15</sup> Armill., v. Matrimonium, n. 67. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 22. — <sup>17</sup> Petr. Ledesma, qu. 64, art. 1, diff. 2, concl. 2. — <sup>18</sup> Mich. de Palacios, in 4, dist. 32, disp. 1, v. Caeterum haec exactio. — <sup>19</sup> Vega, Sum. nueva, part. 1, cap. 78, cas. 3, v. f. — <sup>20</sup> Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241, n. 2. — <sup>21</sup> Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6, v. Porro. — <sup>22</sup> Azor, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 20. —

inquit, ... quando probabiliter timeret incurrere ob id mortem aut gravem infirmitatem ».

c) Villalobos, diff. 48, n. 4, id habet ex alio auctore, quem non reprobat.

d) Gabriel Biel, Suppl. in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, i. f., docet utique eo casu teneri, sed « citra tamen praeepti: Non occides te vel alium, temerariam violationem ». — Rodriguez autem dicit teneri, si « damnum quod timetur sit parvum et sit periculum incontinen- tiaee ».

e) Pontius, loc. cit., n. 4, de cohabitatione cum leproso ait: « Licet non negaverim actum caritatis esse et valde meritorium, si ex Dei

quia emens rem quam scit vitiosam, cedit juri suo, cui bene cedere potest: sed con- jux (ut dicimus) non potest cedere juri servandae suae salutis.

Probabiliter tamen poterit conjux red- dere alteri infecto, etiam cum periculo gravi propriae sanitatis:

1°. Si proles sit necessaria ad bonum commune. — Sanchez<sup>11</sup> cum Ledesma; nemine contradicente, ut asserit.

2°. Si conjux infectus petens esset in probabili periculo incontinentiae. — Nam, licet sanus nec etiam eo casu teneatur reddere cum periculo suae sanitatis, ut dicunt Laymann<sup>12</sup>, Pontius<sup>13</sup>, Sanchez<sup>14</sup>; Bossius<sup>15</sup> cum Majore, Reginaldo, Comi- tolo et Villalobos<sup>c)</sup>; ac Palaus<sup>16</sup> cum Con- ninck — contra Gabrielem<sup>d)</sup>, Ledesma et Rodriguez<sup>e)</sup> —: tum quia caritas non obligat cum tanto onere; tum quia alter non est in extrema necessitate, cum possit aliter sibi subvenire: attamen licite potest reddere, et tale periculum subire ex mo- tivo caritatis. Quia, esto homo non sit dominus suae vitae, potest tamen propter caritatem illam exponere; ut Pontius<sup>e)</sup>, Sanchez<sup>17</sup>, Bonacina<sup>f)</sup>; et Bossius<sup>18</sup> cum Majore<sup>f)</sup>, Villalobos, Coninck, Aversa,

Aliae li- mitationes probatae.

Fill., tr. 10, part. 1, n. 340. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 188. — <sup>4</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10. — <sup>5</sup> Angles, Flores, de Matrim., qu. 6, de solvendo debito, art. 1, diff. 1. — <sup>6</sup> Villal., part. 1, tr. 13, diff. 48, num. 2. — <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 1, num. 189. — <sup>8</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 11. — <sup>9</sup> Petr. Ledesma, qu. 64, art. 1, diff. 2, concl. 4. — <sup>10</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5. — <sup>11</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 2. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 12. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 204 et 205. — <sup>14</sup> Major, in 4, dist. 32, qu. 1, v. Contra 3<sup>am</sup> conclus. — <sup>15</sup> Reginald., lib. 31, n. 283. — <sup>16</sup> Comitolo, lib. 1, qu. 136, n. 4 et seqq. — <sup>17</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 4. — <sup>18</sup> Coninck, disp. 34, num. 21. — <sup>19</sup> Petr. Ledesma, loc. cit., diff. 2, concl. 3. — <sup>20</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 12. — <sup>21</sup> Loc. cit., n. 206. — <sup>22</sup> Villal., part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 4. — <sup>23</sup> Coninck, loc. cit. num. 21. — <sup>24</sup> Aversa, cap. 21, sect. 7, v. Primo et Secundo.

amore velit cohabitare nec deserere ita infir- mantem conjugem, etiam cum periculo suae infectionis ». Sed de ipsa redditione debiti, propter periculum incontinentiae alterius, negat posse reddi: « Non solum conjugem posse non reddere, sed etiam teneri non reddere, cum non habeat suae vitae dominium ». Et, lib. 10, cap. 3, n. 7: « Cum ex copula periclitatur vita, vel salus alterius conjugis, non reddendum debitum, quia fortius est vincu- lum vitandi homicidium et tuendi propriam vitam, quam vitandi incontinentiam alterius conjugis, qui se, si voluerit, continere potest ».

f) Bonacina, qu. 4, punct. 1, n. 5; Major,

Petro Soto, Laymann, Hurtado, Comitolo<sup>f)</sup> et Reginaldo.

3°. Si redderet ad vitanda magna dissidia vel ad fovendum amorem conjugalem; et etiam ad vitandum periculum incontinentiae propriae (et tunc potest etiam petere). — Quia vitatio incontinentiae aut conservatio pacis familiae ac amoris conjugalis praevallet obligationi vitandi infectionis periculum.

Haec tamen omnia intelligenda (ut diximus n. 909), si morbus sit diuturnus et quasi habitualis, ut lepra, morbus gallicus, phthisis, etc. Non vero, si sit de illis qui de brevi et facili solent mortem afferre, ut est infectio pestis aut leprae leoninae.

4°. Addo, si conjux sanus possit praeservativis facile vitare contagium sive ejus periculum.

Sicut autem non potest conjux sanus reddere infirmo cum periculo propriae salutis; sic etiam infectus nec potest reddere sano cum periculo salutis illius, etiamsi ille petat jam conscius sui periculi: prout non licet reddere gladium volenti se necare, cum nemo sit dominus suae vitae. Ita Sanchez<sup>1)</sup>, Pontius<sup>2)</sup>; et Bossius<sup>3)</sup> cum Soto<sup>4)</sup>, Coninck<sup>5)</sup>, Azor, etc. communiter. — Probabiliter tamen excipiunt Busenbaum (n. 909) cum Perez;

Bonacina<sup>4)</sup>; Sanchez<sup>5)</sup> cum Cajetano, Petro Soto et Graffio; ac Bossius<sup>6)</sup> cum Laymann, Pontio et Reginaldo<sup>7)</sup>, si reddat ad vitandum periculum incontinentiae in se vel in altero, vel ad vitanda dissidia; aut ne diu privetur usu conjugii, quod vix esse potest sine periculo incontinentiae. — Hocque etiam intelligendum, si ejus morbus sit diuturnus, et non proxime ad mortem tendens; itemque, si alter sanus petens jam ejus morbi sit conscius, juxta dicta n. 909, *Dubit. 1.*

951. — An autem conjux possit et teneatur reddere, quando timetur damnum prolis nascituae?

Negant<sup>a)</sup> Medina et Palacios, apud Sanchez<sup>7)</sup>; quia nemo tenetur nec potest reddere debitum cum damno innocentis. — Sed communiter et verius affirmant D. Thomas<sup>8)</sup>, S. Antoninus<sup>9)</sup>; Sanchez<sup>10)</sup> cum S. Bonaventura, Paludano, Silvestro, Ledesma<sup>b)</sup>, etc.; ac Bossius<sup>11)</sup> cum Soto, Laymann, Bonacina, Rebello, Filiuccio, Reginaldo, Villalobos, etc. Ratio assignatur a D. Thoma<sup>12)</sup>, ubi: *Uxor etiam viro leproso tenetur reddere debitum...; et quamvis proles gigneretur infirma, tamen melius est ei sic esse quam penitus non esse.*

An vero liceat reddere tempore praenationis vel menstrui aut purgationis

art. 1, ad 4. — <sup>9</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. f. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 25. — S. Bonav., in 4, dist. 32, art. 2, qu. 1, ad 3. — Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 1, (num. 6). — Silvest., v. *Debitum*, qu. 1, v. *Secunda* art. — <sup>11</sup> Loc. cit., num. 196. — Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, v. *Neque sufficit*. — Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, num. 8. — Bonac., qu. 4, punct. 1, num. 9. — Rebello., part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 4, i. f. — Fill., tr. 10, part. 1, n. 341. — Reginald., lib. 31, n. 284. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 5. — <sup>12</sup> Loc. cit., ad 4.

Timor damni prolis nascituae verius non excusat a reddendo.

post partum? — Vide dicta n. 924, 925 et 926.

952. — « 2°. Si petat ab uxore laborante « febris vel alio morbo cui copula noceret. « Bonacina<sup>1)</sup> ex Sanchez, etc., item Perez<sup>2)</sup>. [Sive post balnea aut sectionem venae: vide dicta n. 910]. — « Aut, ut quidam volunt, tempore menstrui. Bonacina<sup>3)</sup>; contra Sanchez, Hurtadum, Perez<sup>4)</sup>. [Vide dicta n. 925]. — « Aut cum « uxor est gravida, et ex redditione periculum mortis (vel etiam abortus) probabile « timetur proli jam conceptae: imo tunc « nec petere nec reddere licitum est, ut per « se patet, ait Laymann<sup>5)</sup>; et esse mortale « dicit Perez<sup>6)</sup>, addens ex Sanchez, Coninck et Hurtado, cessante periculo proli, usum matrimonii licitum esse »; [Vide dicta n. 924]. — « Aut si non possit uxor « edere fetum, nisi mortuum. Bonacina<sup>6)</sup>. « (Laymann tamen<sup>7)</sup> dicit eo casu licere « reddere, imo et petere: quod Bonacina<sup>8)</sup> « concedit, si fiat ob periculum incontinentiae). — Aut non possit edere, nisi « cum praesenti periculo vitae. Bonacina<sup>9)</sup>, « Laymann<sup>b)</sup>. Quod tamen ad vitandam « incontinentiam, aut alia gravi ex causa, « eam posse permittere, et debitum reddere, insinuat Laymann<sup>c)</sup> ex Sanchez<sup>10)</sup>. [Vide mox dicenda n. seq. 953].

« Denique, propter grave periculum

<sup>1</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 4. — Sanchez., lib. 9, disp. 24, n. 3. — <sup>2</sup> Disp. 50, sect. 4, n. 2. — <sup>3</sup> Loc. cit., punct. 3, n. 11; et punct. 6, n. 10. — Sanchez., lib. 9, disp. 21, n. 15 et 16. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 10. — <sup>4</sup> Disp. 49, sect. 3, n. 14. — <sup>5</sup> Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 7. — Sanchez., lib. 9, disp. 22, n. 2 et seqq. — Coninck, disp. 34, n. 78. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 12 et 13. — <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 14. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>8</sup> Loc. cit. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>10</sup> Lib. 7, disp. 102, n. 11. — Sanchez., lib. 9, disp. 24, n. 12.

952. — a) Perez, *disp. 49, sect. 3, n. 15 et 17*, ait esse mortale, sed solum casu quo fetus formatus sit.

b) Laymann, *loc. cit.*, n. 6, id sane insinuat, dicens uxorem non potuisse sese obligare ad reddendum, si gravissimum corporis sui incommodum ex generatione accidat.

c) Laymann, *loc. cit.*, n. 5, i. f., id insinuare censetur, in quantum, loquens de conjugate cui imminet periculum incontinentiae, approbat sententiam Sanchezii, qui, *lib. 9, disp. 24, n. 12*, ait conjugem sanum tunc posse quidem reddere cum periculo infectionis, sed ad id non obligari. Sanchez tamen expresse casum praesentem habet, *lib. 7, disp. 102, n. 11*, et concordat.

« morbi (non tamen propter ordinarios « dolores partus), potest conjux negare « debitum; etiamsi in altero esset periculum incontinentiae, Sanchez, Praepositus, Palaus, Diana<sup>11)</sup>. — [Vide dicta mox supra, n. 950, ad 2°].

« 3°. Si alter debitum exigat innaturali « modo: nisi tamen ex negatione timeatur « tur graviora mala, v. gr. rixae, odium, « incontinentia ». — [Vide dicta n. 946].

953. — Commune est non teneri uxorem reddere debitum, si experta sit non posse parere sine probabili periculo mortis. Ita Laymann<sup>12)</sup>, Bonacina<sup>13)</sup>, Sanchez<sup>14)</sup>; et Bossius<sup>15)</sup> cum Coninck<sup>a)</sup>, Rebello, Filiuccio et Rodriguez. — Quia solutio debiti non obligat cum tanto detrimento.

Quid, si mater experta sit filios parere mortuos?

Hoc casu, Laymann<sup>16)</sup> dicit quod bene poterit uxor reddere, quia illa mors fetus per accidens evenit; et praeterea, melius est puero esse cum culpa originali quam omnino non esse. — Attamen Bossius<sup>b)</sup>; et Bonacina<sup>c)</sup> cum Rodriguez<sup>d)</sup>, Victoria, Ledesma et Reginaldo<sup>e)</sup>, tenent eam non posse reddere; quia mater ex morte prolis (ut ait etiam Bossius) exponitur magno periculo vitae. — Excipit tamen Bonacina<sup>f)</sup> cum aliis, nisi adsit periculum incontinentiae. Et huic consentit Sanchez<sup>e)</sup>, addens

Praepos., qu. 6, dub. 5, num. 40 et 42. — Palaus, tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 4. — <sup>11</sup> Part. 6, tr. 7, resol. 64. — <sup>12</sup> Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6. — <sup>13</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 7. — <sup>14</sup> Lib. 7, disp. 102, n. 9. — <sup>15</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 173. — Rebello., part. 2, lib. 3, qu. 16, n. 10. — Fill., tr. 10, part. 2, cap. 3, n. 103, v. *Si quarto*. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 233, n. 6. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 7. — Petr. Ledesma., qu. 58, art. 1, i. f., v. *Dubium*. — Boss., loc. cit., n. 173. — <sup>17</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 14.

953. — a) Coninck, *disp. 31, n. 86*, hanc suam sententiam limitat: nisi mulier sui defectus conscia contraxerit, vel nisi velit eodem toro uti ac maritus; tunc enim obligaretur ad reddendum.

b) Bossius, *cap. 1, n. 177*, dicit hoc esse valde probabile.

c) Bonacina, *loc. cit.*, n. 14; Reginaldus, *lib. 31, num. 283*, dicunt posse debitum negare.

d) Rodriguez, *loc. cit.*, n. 6; Petrus Ledesma, *qu. 58, art. 1*, v. *Dubium*, rationem dumtaxat habent qua nititur haec sententia, scilicet: non teneri, imo non posse reddere, cum probabili periculo vitae propriae.

e) Quin etiam Sanchez, *loc. cit.*, num. 8,

Timor mortis in partu excusat a reddendo.

Quid si mater sit experta se filios mortuos parere.

Infectus nequit reddere cum periculo petentis sani.

Limitationes probabiles.

*loc. cit.*, habent solum primum assertum, scilicet: non teneri reddere. — Comitulus vero pejus a Bossio citatur; negat enim, *loc. cit.*, num. 5, posse tunc reddi, et id ipsum dicit Aversa casu quo alter possit sua voluntate et aliis remediis suae incontinentiae subvenire, et ipse sibi timeat praesentaneum mortis periculum.

8) Sotus, *loc. cit.*, dicit conjugem infectum posse tunc non reddere.

h) Coninck non recte citatur a Bossio; nam *disp. 34, n. 78* (citata a Bossio), tractans de usu matrimonii statim post partum, scribit: « Mulier tenetur reddere, nisi aliquod grave periculum ei inde imminet ». Hinc

sermo ibi est de periculo in reddente, non in petente.

i) Auctores citati hic ex Sanchez et Bossio: Cajetanus, in *2am 2ae, qu. 154, art. 1, i. f.*; Petrus de Soto, *lect. 16, i. f.*; Graffius, *Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 6*; Laymann, *loc. cit.*, n. 5; Pontius, *lib. 10, cap. 14, n. 4, i. f.*; Reginaldus, *lib. 31, n. 283 et 284*, ad rem non faciunt; loquuntur enim de periculo non in ipso petente sed in reddente.

951. — a) Negant scilicet teneri ad redditionem debiti.

b) Petrus Ledesma, *qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 1*, affirmat posse reddere.



quod si perpetuo propter hanc causam deberent conjuges ab usu matrimonii abstinere, essent ipsi in maximo incontinentiae periculo.

An autem uxor quae non possit reddere propter arctitudinem vasis, teneatur pati incisionem? — Vide dicenda n. 1099.

954. — « Quaes: An aliquando liceat impedire prolis generationem? »

Impedire prolis generationem indirecte et per accidens, ex gravi causa licet.

« Resp. Possunt quidem conjuges ex gravi causa aliquid facere, ex quo per accidens sequatur effusio seminis. Peccant tamen, si in usu matrimonii vel post usum faciant aliquid quo impeditur conceptio, aut semen conceptum rejiciatur. — Ratio prioris est, quia non impeditur generatio, ne indirecte quidem; sed tantum permittitur ut non fiat: quod licet ex causa rationabili. Ratio posterioris, quia agunt contra fidem et finem principalem matrimonii. — Unde tales non excusat paupertas imminens aut periculum ex partu<sup>a)</sup>.

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Licite interrumpitur actus conjugalis, etsi ex naturae concitatione secuta sit pollutio, dummodo sit justa causa interrumpendi; v. gr. si ex continuatione imminet periculum morbi, vel mortis ab hoste, vel aliquis alius interveniat. Vide Perez<sup>1)</sup>. — [Ita etiam Sanchez<sup>2)</sup>, Palaus<sup>3)</sup>; et Bossius<sup>4)</sup> cum Lesio, Perez et Aversa; ac Salmant.<sup>5)</sup> cum Cajetano<sup>b)</sup>, Dicastillo, etc.].

<sup>1)</sup> Disp. 49, sect. 9, n. 5. — <sup>2)</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 6. — <sup>3)</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. — <sup>4)</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 60. — <sup>5)</sup> Less., lib. 4, cap. 3, n. 55. — <sup>6)</sup> Perez, loc. cit. — <sup>7)</sup> Aversa, qu. 21, sect. 5, v. Communis tamen. — <sup>8)</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 81. — <sup>9)</sup> Dicast., disp. 9, dub. 7, n. 74. — <sup>10)</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>11)</sup> Sanchez, lib. 9, disp. 19, n. 5. — <sup>12)</sup> Loc. cit., disp. 20, n. 3. — <sup>13)</sup> Lib. 10, cap. 13, n. 1. — <sup>14)</sup> Loc. cit., n. 75. — <sup>15)</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 18. — <sup>16)</sup> Rebell., part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 15. —

absolute tenet hujusmodi conjugatos posse petere et reddere.

954. — a) Conjuges tamen qui ad vitandam numerosiorem prolem, eo tantum tempore coeunt quo fecundatio difficile accidere potest, per se non sunt arguendi de peccato, quia utuntur jure suo; ex fine tamen vel aliis circumstantiis, per accidens peccare possunt. Confessarius igitur hanc praxim caute insinuare potest illis conjugibus quos alia ratione a detestabili onanismi crimine abducere frustra tentaverit (S. Poenit. 16 Junii 1880).

b) Cajetanus, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>e, qu. 154, art. 1,

« 2<sup>o</sup>. Peccat probabiliter femina quae in usu matrimonii animum alio distrahit « ne natura excitetur; venialiter tamen, « ut Perez<sup>6)</sup> docet ex Sanchez ». — [Sed verius est id esse mortale; juxta dicta n. 918, in fine, v. Hinc].

Dicunt Sanchez<sup>7)</sup>, Pontius<sup>8)</sup>, Salmant.<sup>9)</sup>; Bonacina<sup>10)</sup> cum Rebello, Henriquez et Reginaldo; ac Bossius<sup>11)</sup> cum Filiuccio, Fagundez, Diana<sup>c)</sup> et Villalobos, quod uxor peccabit mortaliter, si statim post copulam mingit aut surgit, vel aliud aliquid facit animo ut semen receptum expellat; quia frustrat finem ad quem semen est a natura institutum. Ita praefati auctores: — contra Tamburinium<sup>12)</sup>, qui cum Bellochio id excusat a mortali<sup>d)</sup>; eo quod matrix mulieris, semine effuso, semper retinet id quod necessarium est ad generationem. — Dictum est autem: si mulier id facit statim et animo expellendi semen. Nam si id faceret ex aliqua necessitate, puta ad vitandum periculum mortis aut scandalum aliorum, omnes dicunt non peccare. Sicut etiam conveniunt non opus esse ut uxor post copulam diu immota et resupina maneat; eo quod brevi tempore matrix semen attrahit, et arctissime clauditur.

Dubitatur autem hic 1<sup>o</sup>. An puella violenter oppressa, possit licite expellere in continentem semen viri immissum, ne concipiat?

Affirmant Sanchez<sup>13)</sup>; et Bossius<sup>14)</sup> cum Raynaudo, Marchant ac Diana<sup>e)</sup>; et non

Henriq., lib. 11, cap. 16, n. 8. — <sup>2)</sup> Regim., lib. 31, n. 334, i. f. — <sup>3)</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>4)</sup> Fill., tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 334. — <sup>5)</sup> Fagund., Decal., lib. 6, cap. 3, n. 22 et 50. — <sup>6)</sup> Villal., part. 2, tr. 40, diff. 18, n. 2. — <sup>7)</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 14. — <sup>8)</sup> Belloch., Prax., de Casib. reserv., part. 2, qu. 4, n. 365 et 367. — <sup>9)</sup> Lib. 2, disp. 22, n. 17. — <sup>10)</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>11)</sup> Rayn., de Ortu infant., cap. 10, n. 37. — <sup>12)</sup> Jacob. Marchant, Resol. pastor., part. 1, cap. 6, qu. 21. —

v. Ad secundum vero casum, hoc silentio praetermittit, quidquid dicant Salmanticenses.

c) Diana non bene citatur a Bossio; nam, part. 7, tr. 5, resol. 31, scribit: « Talem feminam non peccare mortaliter de se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum ».

d) Excusant scilicet per se a mortali; quod Tamburinius explicat: si desit pravus animus impediendi generationem. Sed ait fore mortale, si fiat ex tali prava intentione.

e) Diana, part. 7, tr. 5, resol. 31, refert dumtaxat Marchantii sententiam.

improbabile putat Escobar<sup>1)</sup>. — Quia (ut ajunt) tunc puella licite expellit semen tamquam sui honoris aggressorem; cum illud non adhuc sit in pacifica possessione uteri.

Puella vi oppressa nequit semen receptum expellere.

Sed rectius id non admittunt Pontius<sup>f)</sup>, Tamburinius<sup>2)</sup>; et hanc tenet etiam ut veriorum Escobar<sup>3)</sup> cum Leandro<sup>f)</sup>. Huic ego etiam adhaesi Lib. III, n. 394, v. Dicunt; et hic quoque adhaereo, quamvis diversa ratione ductus. — Ratio cur haec sententia mihi probatur est, quia nunquam licet ejicere semen effusum, atque receptum in utero: ubi statim ac recipitur (quod puto quidem statim recipi), habet suam pacificam possessionem; unde non potest mulier ab eo expellere, quia injuriam irrogaret naturae sive speciei humanae, cujus propagatio impeditur.

Merito tamen et communiter dicunt

<sup>1)</sup> Lib. 25, n. 301. — <sup>2)</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 14. — <sup>3)</sup> Loc. cit., n. 301. — <sup>4)</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 190, i. f. — <sup>5)</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 17 et 18. — <sup>6)</sup> Part. 4, cap. 1, num. 127; —

auctores tam primae quam secundae sententiae, quod mulier vi oppressa bene potest se vertere (imo dico, tenetur) et coitum interrumpere, quamvis semen viri esset extra vas effundendum. Tunc enim non expellitur semen immissum, sed impeditur ne immittatur; et ideo tunc licite illud repellitur tamquam violentum honoris aggressor.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. An liceat conjugibus copulari, si ob senectutem vel aliam indispositionem plerumque accidat quod semen extra vas effundatur? — Affirmant probabiliter Bossius<sup>4)</sup>, Bonacina<sup>5)</sup>, Sporer<sup>6)</sup>, Laymann<sup>7)</sup>; Sanchez<sup>8)</sup> cum Henriquez; et Croix<sup>9)</sup> cum Gobat: modo adsit spes probabilis seminandi intra vas. Quia semper adest talis spes, jus habent ad copulam; et si semen effunditur, hoc per accidens evenit. Vide dicenda n. 1067, in fine s).

Potest impedire ne recipiatur.

Quid de senectute vas seminante propter aetatem.

cfr. cap. 2, n. 490, ad 2. — <sup>7)</sup> Lib. 3, sect. 4, n. 19. — <sup>8)</sup> Lib. 9, disp. 17, n. 24. — <sup>9)</sup> Henriq., lib. 11, cap. 15, n. 4, lit. z. — <sup>10)</sup> Lib. 6, part. 3, n. 318. — <sup>11)</sup> Gobat, tr. 10, part. 2, n. 591. —

f) Pontius, lib. 9, cap. 10, n. 4; Leander, tr. 9, disp. 5, qu. 35, negant utique posse fieri; sed loquuntur de uxore quae violenter primo bimestri a marito cognita fuerit.

g) Hic quaedam addenda sunt responsa SS. CC. de onanismo conjugali. Et primo quidem confessarius debet nonnunquam interrogare de onanismo, cum scilicet prudens timor subest ne poenitens hujus peccati reus sit; ex responso S. Inq., diei 21 Maji 1851, quae declaravit contrariam opinionem, nempe nunquam interrogandos esse poenitentes de hac materia: « falsam, nimis laxam et in praxi periculosam ». Deinde ex responso S. Poenitentiarum, diei 14 Decembr. 1876, non esse licitum favere poenitentium errori, qui a multis bona fides dicitur, nec talem bonam fidem creare. — Quaesitum etiam est ab eadem S. Poenitentia: 1<sup>o</sup> Quando adest fundata suspicio poenitentem qui de onanismo omnino silet, huic crimini esse addictum, num confessario liceat a prudenti et discreta interrogatione abstinere, eo quod praevideat plures a bona fide exturbandos multosque sacramenta deserturos esse? Annon potius teneatur confessarius prudenter ac discrete interrogare? — 2<sup>o</sup> An confessarius, qui, sive ex spontanea confessione, sive ex prudenti interrogatione, cognoscit poenitentem esse onanistam, teneatur illum de hujus peccati gravitate, aequae ac de aliorum peccatorum mortalium, MONERE, eumque (uti ait Rituale Romanum)

paterna caritate reprehendere, eique absolute tunc solum impertiri, cum sufficientibus signis constet, eundem dolere de praeterito, et habere propositum non amplius onanistice agendi? — Quibus S. Poenit. die 10 Martii 1886 respondit: Ad 1. Regulariter negative ad primam partem; affirmative ad secundam. Ad 2. Affirmative, juxta doctrinas probatorum auctorum. — Denique ad eandem S. Poenitentiam delatus est casus viri cujusdam divitis, honorabilis ac litterati, qui confessus fuerat se ita cum uxore congressi ut copulam abrumperet et se ferme semper extra vas uxoris seminare, et hoc quidem propter duplicem rationem: 1. ne prole numerosiore status familiae dejiceretur (habebat enim jam filium et filiam); 2. ne uxor graviditate iterata nimium defatigaretur; addideratque hunc agendi modum a quodam perillustri confessario probatum fuisse, « modo maritus in actu intendat sedationem concupiscentiae et non pollutionem »; parochus vero hunc in eodem modo perseverare volentem absolvere non est ausus, qui ubique coepit praedicare parochum ignarum et superbum esse. Hinc parochus ad S. Poenitentiam pro norma recurrit, quae, die 13 Novembr. 1901 respondit: « Parochum de quo in casu recte se gessisse, atque absolvi non posse poenitentem qui abstinere nolit ab hujusmodi agendi ratione, quae est purus putus onanismus ».

## ARTICULUS III.

AN, ET QUIBUS EX CAUSIS POSSIT FIERI DIVORTIUM.

955. *Fit divortium quoad vinculum: 1. Si habentur sufficientia indicia de morte conjugis. 2. Si alter convertatur ad fidem. 3. Si fit religiosus ante consummationem. 4. Si Papa dispenset in matrimonio rato.* — 956. *De indissolubilitate matrimonii.* — 957. *An, si infidelis nolit converti, liceat fideli transire ad alias nuptias.* — 958. *Inter fideles matrimonium ratum solvitur tantum per professionem religiosam.* — 959. *An solvatur etiam per dispensationem Papae.* — 960. *Permittitur autem divortium quoad torum: I. Ob adulterium conjugis.* — 961. *Qu. 1. An ad divortium sufficiat suspicio de adulterio.* — 962. *Qu. 2. An liceat facere divortium ob sodomiam vel bestialitatem commissam a conjuge. Qu. 3. An, ob copulam sine seminatione.* — 963. *Qu. 4. An vir, cognito adulterio uxoris, teneatur eam dimittere.* — 964. *Qu. 5. An uxor teneatur divertere a viro adultero.* — 965. *Et an conjux innocens teneatur recipere alterum adulterum emendatum.* — 966. *Qu. 6. In quibus casibus conjux nequit divertere ab adultero: 1. Casus, si uterque sit reus adulterii. 2. Si conjux consentiat in adulterium alterius. 3. Si adulterium accidat sine culpa. 4. Si injuria remittatur.* — 967. *Dub. 1. An, facto divortio per sententiam judicis, possit conjux innocens adulterium ad se revocare. Dub. 2. Quid si, facto divortio, innocens etiam adulteretur.* — 968. *Dub. 3. An vir possit adulteram dimittere propria auctoritate.* — 969. *Facta juridica separazione, vir potest ingredi religionem aut fieri sacerdos, invita adultera. Adultera vero id non potest nisi de licentia alterius.* — 970. *Permittitur II. divortium ob saevitiam alterius.* — 971. *Qu. 1. An ob hanc causam possit conjux recedere propria auctoritate. Qu. 2. An possit fieri religiosus altero invito. Qu. 3. Qualis timor sufficiat ad faciendum divortium ob saevitiam.* — 972. *Qu. 4. An sola verbera sint justa causa divortii.* — 973. *Permittitur III. divortium conjugi, si alter trahat eum in peccatum.* — IV. *Ob morbum contagiosum.* — 974. *Permittitur V. imo aliquando praecipitur divortium ob haeresim alterius.* — 975. *Permittitur VI. Ob mutuum consensus.* — 976. *Facto divortio, apud quem sint filii educandi. Et cujus conjugis expensis.* — 977. *An uxor teneatur sequi virum ad cohabitationem.*

Matrimo-  
nium est in-  
dissolubile.

955. - « Resp. I<sup>o</sup>. Etsi matrimonium « consummatum inter christianos nullo « casu solvi possit quoad vinculum, vi- « vente utroque conjuge (vide Sanchez « et Perez<sup>1</sup>): — *divortium* tamen, seu po- « tius separatio quoad torum<sup>a)</sup> ». [Hic error irrepsit; nam pro verbo *torum* debet dici *vinculum*: alias enim non congruunt ea quae sequuntur] « fit sequentibus casibus:

In quibus  
casibus po-  
test fieri di-  
vortium.

« 1<sup>o</sup>. Si alter conjux moriatur. — De « quo si est certum, rursus nubere potest. « Quod si interim alter mortuus non sit, « fama tamen et indicia sufficientia habeantur, excusatur nubens; neque ex dubio « superveniente an prior vivat, debent se- « parari, cum forte non vivat, ideoque ma- « trimonium sit validum ». — [Vide dicta n. 906, *Dubit.* 3].

*Sanct.*, lib. 2, disp. 13. — <sup>1</sup> Disp. 20, sect. 9; et disp. 55, sect. 4, num. 3. — <sup>2</sup> Disp. 36, sect. 4, num. 5 et 6. — <sup>3</sup> Disp. 20, sect. 3, num. 3. — *Navar.*, Man., cap. 22,

955. - <sup>a)</sup> Ita profecto habet Busenbaum apud me in edit. Monasterii 1650, 1652, 1659, Veneta 1698, Patavina 1716; sed in eam le-

« 2<sup>o</sup>. Si ex conjugibus infidelibus, altero « ad fidem converso, alter maneat infidelis « (saltem nisi pacifice cohabitare velit sine « contumelia Creatoris): idque, ex dispen- « satione divina in favorem fidei, ut patet « ex I. Cor., vii, 15. — Perez<sup>2</sup>, etc. com- « muniter.

« 3<sup>o</sup>. Si ante matrimonii consummatio- « nem (ad quam intra primum bimestre, « quod ad deliberationem datur, non te- « nentur, nec cogi possunt sine injuria) « alter intret religionem, in eaque profi- « teatur. — Perez<sup>3</sup>, etc. communiter.

« 4<sup>o</sup>. Si Papa ex alia justa causa di- « spenset ante consummationem: sicuti « eum posse probabilior sententia affir- « mat. — Navarrus, Bellarminus, Perez<sup>4</sup> ».

956. - Certum est 1<sup>o</sup>. Quod inter catho-  
licos matrimonium est indissolubile; ut

num. 21. — *Bellarmin.*, de Monachis, lib. 2, cap. 38, v. *Al-  
tera solutio*; et v. *Ad tertiam*. — <sup>4</sup> Disp. 20, sect. 7,  
num. 2.

ctionem irrepsit error, ut notat S. Alphonsus. In editionibus vero Romanis anni 1658 et 1665 totum responsum immutatur et emendatur,

declaravit Tridentinum<sup>1</sup>. Et hoc per se verum est, non solum de matrimonio consummato, sed etiam de tantum rato (vide Salmant.<sup>2</sup>). — Haec autem indissolubilitas est ab ipso jure naturali; quia necessarium est ad proles educationem ut parentes perpetuo ejus bono incumbant. Ita communissime D. Thomas<sup>3</sup>, Bellarminus<sup>a)</sup>, Pontius<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum Palao, Becano, Ledesma, etc. (contra Sanchez<sup>a)</sup>, qui cum aliis tenet, sed minus probabiliter, ex se praecise matrimonium non esse necessario indissolubile). Quamvis autem olim apud Judaeos permissus erat libellus repudii, ex Deuter. xxiv; in lege tamen nova interdictus fuit a Christo Domino, Matth. xix: *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur*. Ubi nota quod *τὸ nisi ob fornicationem* (ut communiter explicant interpretes, vide Cornelium a Lapide) non intelligitur quod, fornicatione interveniente, possit vir aliam ducere; sed tantum quod possit ab ea separari.

Matrimo-  
nium legi-  
timum infi-  
delium est  
validum.

Si uterque  
converti-  
tur, fit ra-  
tum.

Certum est 2<sup>o</sup>. Quod inter infideles vali-  
dum est matrimonium, si fuerit legitimum, id est juxta leges celebratum; ut patet ex cap. *De infidelibus, de consanguin.*

Certum est 3<sup>o</sup>. Quod si uterque conjux ad fidem convertitur, matrimonium fit ratum, id est indissolubile; ex cap. *Quanto, de divort.*, modo sit consummatum post conversionem. Alias Papa in aliquo casu,

<sup>1</sup> Sess. 24, de Sacram. Matr., init. — <sup>2</sup> Tract. 9, cap. 4, n. 11 et 12. — <sup>3</sup> Suppl., qu. 67, art. 1. — <sup>4</sup> Lib. 1, cap. 13. — <sup>5</sup> Qu. 2, punct. 11, n. 2. — <sup>6</sup> Tr. 9, cap. 4, n. 16 et 17. — *Palao*, tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 1, n. 6. — *Becano*, de Sacram., cap. 47, qu. 1, num. 2. — *Petr. Ledesma*, qu. 67, art. 1, dub. 1, concl. 1. — <sup>7</sup> Lib. 6, cap. 4, num. 5. —

ex urgentissima causa bene potest in eo dispensare (ut diximus n. 897, *Prob. I, v. Nec dicas*), ex decreto Urbani VIII; et fuse defendit Benedictus XIV, in quadam Dissertatione, quam innuit *de Synodo*<sup>1</sup>, ubi asserit S. Pium V et Gregorium XIII, id in praxim deduxisse.

Certum est 4<sup>o</sup>. Quod si unus convertitur, et alter non vult cohabitare nisi cum injuria Creatoris, sive cum blasphemia divini nominis: tunc fidelis libere potest alias nuptias inire; ut expressum est in eodem cap. *Quanto*, ubi dicitur ex triplici causa posse fidelis transire ad alias nuptias: 1) Si infidelis renuat cum eo habitare; 2) si velit habitare, sed non nisi cum injuria Creatoris; 3) si eum vult pertrahere ad peccatum mortale.

957. - Quaeritur: *an, si infidelis nolit converti, sed tamen vult pacifice cohabitare sine injuria Creatoris, liceat fideli ab eo separari, non solum quoad torum, sed etiam quoad vinculum?* — Adsunt tres sententiae:

*Prima* absolute negat. Et hanc tenent D. Thomas<sup>8</sup>, Estius<sup>9</sup>, Petrocorensis<sup>10</sup>; item S. Bonaventura, S. Antoninus, Paludanus<sup>a)</sup>, Gabriel, etc., apud Sanchez<sup>11</sup>. — Idque probant ex Apostolo I. Cor. vii, ubi: *Si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam.*

*Secunda* sententia absolute affirmat; et hanc tenet Bellarminus<sup>12</sup>. — Ratio hujus

<sup>8</sup> In 4, dist. 39, qu. unic., art. 5. — <sup>9</sup> In 4, dist. 39, § 6. — <sup>10</sup> De Matr., cap. 5, qu. 4, resp. 2. — S. *Bonav.*, in 4, dist. 39, art. 2, qu. 1. — S. *Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 6, post med. — *Gabr. Biel*, Suppl., in 4, dist. 39, qu. unic., art. 2, concl. 6 (n. 10). — <sup>11</sup> Lib. 7, disp. 74, n. 8. — <sup>12</sup> De Matr., cap. 12.

Si unus  
converti-  
tur, ex tri-  
plici causa  
potest sol-  
vi matrimo-  
nium.

Si infide-  
lis vult pa-  
cifice coha-  
bitare:

Juxta  
alios divor-  
tium nequit  
fieri.

Juxta  
alios fieri  
potest.

et habetur his verbis: « Resp. I. Matrimonium consummatum inter christianos quoad vinculum solvi non potest vivente utroque conjuge. Sanchez et Perez *d. 20, s. 9 et d. 55, s. 4*. Solvitur tamen vinculum in sequentibus casibus ».

956. - <sup>a)</sup> Bellarminus videtur parum sentire a Sanchez; scribit enim, *de Matrim., cap. 12, de infidelium matrimonio*: « Etsi rata sint et firma ex natura sua; tamen sacramenta non sunt, et ideo deest illis potissima ratio insolubilitatis ». Et cap. 4, v. *Primum aperte colligitur*: « Habet quidem matrimonium ex jure naturae quamdam insolubilitatem, ut S. Thomas docet...: non tamen tantum, quin aliquando ratio dictet expedire ut

solvatur, accedente praesertim dispensatione divina ». — Sanchez pariter, *lib. 2, disp. 13, n. 7*: « *Aliqualem* inseparabilitatem, inquit, esse de natura matrimonii; sed « omnimodam indissolubilitatem non competere matrimonio ex jure naturae, nec ex ratione sacramenti, sed ex significatione, qua Christus evexit illud ad significandum unionem indissolubilem Christi cum Ecclesia, per carnem assumptam ».

957. - <sup>a)</sup> Paludanus, *in 4, dist. 39, qu. un., art. 2, n. 12* (uti citat Sanchez), id non habet; sed solum: « An liceat contrahere [cum infideli]? Et dicendum quod non, illo nolente cohabitare sine contumelia et periculo; aliter autem sic ».

mox adducetur in tertia sententia. Dicit autem Bellarminus textum mox relatum D. Pauli non continere praeceptum, sed tantum consilium; cum Apostolus statim ad praedicta verba subdiderit: *Caeteris ego dico, non Dominus.*

*Tertia* demum sententia, communior et probabilior, quam tenent Sanchez<sup>1</sup>, Concina<sup>2</sup>, Pontius<sup>3</sup>, Tournely<sup>4</sup>, et alii apud Salmant.<sup>5</sup>, dicit, olim, si nullum aderat periculum perversionis, non potuisse fidelem transire ad alias nuptias; quia non aderat causa discedendi a conjugate infideli, cum per miracula quae frequentius tunc per fideles fiebant, plures infideles ad fidem converterentur. Sed hodie, cum cessaverint miracula tam frequentia, illicitum est cohabitare cum conjugate infideli: ex recepta Ecclesiae consuetudine, quae introducta est ex eo quod experientia docuit non modicum perversionis periculum imminere ex consortio infidelis: nisi (exciipiunt Tournely<sup>6</sup> et Sanchez<sup>7</sup>) episcopus dispenset ad cohabitandum propter probabilem spem conversionis illius.

Verumtamen advertendum<sup>b)</sup> 1° cum D. Thoma<sup>8</sup>, Concina<sup>9</sup> et Petrocorensi<sup>10</sup>,

quod matrimonium illud non solvitur donec fidelis ad alias nuptias transeat. Advertendum 2° quod antequam fidelis cum alia matrimonium contrahat, debet monere infidelem si velit ad fidem converti: ex praecepto Gregorii XIII et S. Pii V, ut dicunt Pontius<sup>11</sup>, Sanchez<sup>12</sup> et Croix<sup>13</sup>. Excipit tamen Sanchez<sup>14</sup> cum aliis, contra Pontium<sup>c)</sup>, si constet infidelem esse pertinacem, vel si multum distet. — Notat autem Croix<sup>d)</sup> quod casu quo infidelis non possit moneri, ad contrahendas alias nuptias requiritur dispensatio Pontificis; ut asserit jam praescripsisse praefatum Gregorium XIII<sup>e)</sup>.

958. - Matrimonium autem inter fideles nunquam solvitur, nisi alter conjugum intra bimestre a matrimonio contracto et non consummato, religionem ingrediatur; ut habetur in can. *Si quis conjugatus, caus. 27, qu. 2*, et in Tridentino<sup>15</sup> — Hoc tamen intelligitur (prout diximus n. 870, *in fine*), modo matrimonium non esset necessarium ad legitimandam prolem, vel reparandum scandalum aut honorem sponsae. Tunc enim non posset vir fieri religiosus relinquendo sponsam, quae ob in-

ad 2. — <sup>9</sup> Dissert. 1, cap. 8, § 2, num. 7. — <sup>10</sup> De Matr., cap. 5, qu. 4, resp. 3. — <sup>11</sup> Lib. 7, cap. 48, num. 19. — <sup>12</sup> Lib. 7, disp. 74, num. 12. — <sup>13</sup> Lib. 6, part. 3, num. 408. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 13 et 14. — <sup>15</sup> Sess. 24, de Sacr. Matr., can. 6.

Fidelium matrimonium non consummatum in bimestri solvitur ob ingressum religionis. Exceptio- nes.

Matrimonium consummatum, quid.

In primo bimestri negare debitum semper licitum.

famiam nequiret amplius nuptias invenire. — Dicunt autem Sanchez<sup>a)</sup>, Pontius<sup>1</sup>; et Salmant.<sup>2</sup> cum Cornejo, Trullench<sup>a)</sup> et Dicastillo<sup>a)</sup>, quod, si transacto bimestri conjux ingreditur religionem, illicite hic profiteretur, sed valide; quia concilium<sup>3</sup> indistincte sic pronuntiavit: *Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.*

Ut dicatur autem matrimonium consummatum, non sufficit penetratio vasis feminei, sed requiritur effusio seminis in illud. — Ita communiter doctores cum Concina<sup>4</sup> et D. Thoma. Vide dicenda n. 1036, v. *Hic autem.*

Quilibet vero conjugum licite potest intra bimestre debitum negare, quamvis non habeat animum intrandi religionem; quia utitur jure suo. Ita communiter Palaus<sup>b)</sup>, et Salmant.<sup>5</sup> cum Soto<sup>c)</sup>, Coninck<sup>d)</sup>, Ledesma<sup>e)</sup>, Henriquez<sup>d)</sup>, Dicastillo et Trullench. — Peccaret tamen (ut

<sup>1</sup> Lib. 9, cap. 9, num. 7. — <sup>2</sup> Tr. 9, cap. 4, num. 90. — Cornejo, disp. 6, dub. 2, v. *Quo posito*. — <sup>3</sup> Sess. 24, de Sacr. Matr., can. 6. — <sup>4</sup> Diss. 1, cap. 8, § 8, n. 4. — *S. Thom.*, Suppl., qu. 55, art. 4, ad 2. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 91. — *Dicast.*, disp. 2, dub. 33, n. 410. — *Trull.*, lib. 7, cap. 4, dub. 6, n. 9. — <sup>6</sup> Lib. 9, cap. 3, n. 3. — <sup>7</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 2, n. 8. — <sup>8</sup> Clyp., tr. 8, de Matr., disp. 5, n. 13. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 27, art. 3, qu. 2. — *Scot.*, in 4, dist. 31, Ad qu., v. *Tertio modo dici*. — *Valent.*, disp. 10, qu. 1, punct. 7, v. *Tertius casus*. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, v. *Sed*

diximus n. 870, *Dubit. 2, in fine*) sponsus qui matrimonium contraheret animo intrandi religionem.

959. — An vero possit Papa ex dispensatione solvere matrimonium ratum et non consummatum? — Adest duplex sententia probabilis<sup>a)</sup>:

*Prima* negat. Et hanc tenent<sup>b)</sup> Pontius<sup>6</sup>, Palaus<sup>7</sup>, Gonet<sup>8</sup>; item S. Bonaventura, Scotus, Valentia, Sotus, Ledesma, etc., apud Salmant.<sup>9</sup> — Ratio, quia matrimonium ratum ejusdem est naturae quam consummatum, cujus indissolubilitas (ut declaravit Tridentinum<sup>10</sup>) est de jure divino, in quo nihil potest Pontifex.

*Secunda* vero sententia affirmat. Et hanc tenent cum Busebaum, Sanchez<sup>11</sup>, Bellarminus<sup>12</sup>, Navarrus<sup>13</sup>; et Salmant.<sup>14</sup> cum Cajetano, Vasquez, Coninck, Bonacina, Rebello, Becano, etc. Ratio: tum quia Pontifices pluries hoc in usum deduxerunt, dispensando in matrimonio rato; ut referunt de propria scientia Navarrus et Cajetanus. Tum quia Summus Pontifex

*objiciet forsitan. - Petrus Ledesma.*, qu. 67, art. 2, dub. 1, concl. 2. — <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 4, n. 58. — <sup>10</sup> Sess. 24, de Sacr. Matr., init. — <sup>11</sup> Lib. 2, disp. 14, n. 2. — <sup>12</sup> De Monachis, lib. 2, cap. 38, v. f. — <sup>13</sup> Man., cap. 32, n. 21. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 61. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 28, qu. unic., concl. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 165, cap. 7. — *Coninck*, disp. 26, dub. 3, num. 33. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 11, num. 4. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 15, num. 4. — *Becan.*, de Sacram., cap. 47, qu. 4. — *Navarr.*, loc. cit. — *Cajetan.*, loc. cit.

Papa, juxta alios, nequit solvere matrimonium ratum.

Juxta alios, ex justa causa potest.

<sup>1</sup> Lib. 7, disp. 74, n. 9. — <sup>2</sup> Diss. 1, cap. 8, § 2, n. 5. — <sup>3</sup> Lib. 7, cap. 48, n. 5 et seqq. — <sup>4</sup> Praelect., de Matr., qu. 5, art. 2, § *De firmitate vinculi ap. infideles*, qu. 3. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 4, n. 42. — <sup>6</sup> Loc. cit., resp. 2. — <sup>7</sup> Lib. 7, disp. 73, num. 13. — <sup>8</sup> In 4, dist. 39, qu. unic., art. 5,

<sup>b)</sup> Casu scilicet quo conjux infidelis non vult converti, vel saltem cohabitare absque contumelia Creatoris.

<sup>c)</sup> Pontius, *lib. 7, cap. 48, n. 22*, distinguit, et dicit casu quo conjux infidelis reperiri nequeat eo quod interdicta sit communicatio ob perversionis periculum, probabile esse quod sit satis experiri voluntatem; constat enim, ait Pontius, ob ejusmodi periculum conjugum dissolvi posse; casu vero quo reperiri nequeat propter viae et itineris difficultatem, ut si in remotissimis regionibus sit, vel si nesciat ubi sit, requiritur dispensatio Pontificis.

<sup>d)</sup> Croix, *loc. cit.*, num. 408, dicit requiri tunc dispensationem Pontificis, non ad validitatem sed ad liceitatem novi matrimonii.

<sup>e)</sup> De usu hujus privilegii quod dicitur *Paulinum*, quaedam addere juvat. Et primo quidem, ex decreto S. Officii diei 5 Augusti 1759, conversus potest eo privilegio frui, etiamsi conjux infidelis per aliquod tempus, imo per plures annos pacifice cohabitare consenserit, et deinde mutata voluntate, id am-

plius facere nolit. Duplex interpellatio: an scilicet infidelis velit ad fidem converti an saltem cohabitare sine contumelia Creatoris, ante Baptismum faciendae est, et requiritur non tantum ut novae nuptiae licite, sed etiam ut valide iniri possint, ex declaratione S. C. de Prop. Fide, 5 Martii 1816. « A qua interpellatione, si justae rationabiles quae causae adsint, dispensabitur. Justae autem causae tunc aderunt, cum ex processu saltem summario et extrajudiciali moraliter constet conjugem infidelem interpellari non posse, aut interpellationem vel inutilem vel graviter periculosam futuram esse. Matrimonium vero ejus cum quo dispensatum fuerit, etiamsi postea innotuerit conjugem infidelem suam voluntatem juste impeditam declarare non potuisse, et ad fidem etiam tempore initi matrimonii conversum fuisse, nihilominus nunquam rescindi, sed validum esse debet ». (S. O., 4 Febr. 1891). Privilegio Paulino frui possunt soli baptizati non autem catechumini. — Neque eo frui potest fidelis qui, intenta dispensatione pontificia super impedi-

mento disparitatis cultus, matrimonium cum infideli contraxit, etsi hic pacifice cohabitare nolit, ex declaratione S. Off. 4 Julii 1855.

958. — <sup>a)</sup> Sanchez, *lib. 2, disp. 24, n. 27*, paululum differenter loquitur: « Adhuc posse ingredi, inquit, quia licet peccaret negando debitum post id bimestre, etiamsi religionem ingredi intenderet, minime tamen amisit jus statim ingrediendi ». Et ita etiam Trullench, *lib. 7, cap. 4, dub. 6, num. 7*; et Dicastillus, *disp. 2, dub. 33, n. 412*.

<sup>b)</sup> Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 5, n. 7*, communem esse ait hanc sententiam; sed « verius existimo, inquit..., hoc bimestre solum concedi in conjugatis qui animum habent religionis capessendae ».

<sup>c)</sup> Sotus, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, post. 3 concl., dubia circa 1<sup>am</sup>, v. Praeter haec*, id satis videtur innuere, eo quod adducit alias rationes propter quas etiam conceditur illud bimestre.

<sup>d)</sup> Coninck et Henriquez male citantur a Salmant. Quamvis enim Coninck, *disp. 26,*

*dub. 4, num. 46*, concedat id esse probabile, ait dicit probabilius esse contrarium, seclusa consuetudine. — Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 7*, nullam aliam rationem assignat, nisi ut deliberare possit de religionis ingressu.

<sup>e)</sup> Bartholomaeus a Ledesma, *de Matr., diff. 71, concl. 3*, tantum tempus concedit « quantum sufficit ad observandas debitas ac honestas solemnitates. Unde ante benedictionem non tenetur reddere; quo spatio transacto, neuter potest differre debitum reddere petenti ».

959. — <sup>a)</sup> In *Hom. apost., tr. 18, n. 90*, S. Doctor non loquitur de probabilitate harum opinionum, sed solum dicit: « Duplex adest sententia ». In opere autem inscripto *Il Confessore diretto per le confessioni della gente di campagna, cap. 17, n. 37*, scribit: « Negant Pont. S. Bonav... Sed probabiliter affirmant Cajet. Bellarm... ».

<sup>b)</sup> Pontius, Palaus, Gonet, Valentia tenent hanc opinionem ut probabiliorum *speculative*; sed Pontius, *loc. cit.*, n. 1; Gonet et Valen-

Probabilius olim non poterat fieri.

Nunc non licet cohabitare, nisi ex dispensatione.

Servanda in divortio cum infideli.

tamquam Christi Vicarius, cui regimen Ecclesiae est commissum, bene potest cum justa causa dispensare in aliquibus quae sunt de jure divino, et humanos actus concernunt.

Causa autem justa (ut dicunt praefati auctores) esset, vel impotentia superveniens, aut scandalum imminens, vel sterilitas de novo cognita, quando opus esset ad bonum publicum ut proles gigneretur. — Addunt etiam, si adsit disparitas conditionis, morbus contagiosus, dissensiones praevisae, mutuus conjugum consensus. Sed has quatuor causas non admittit Concina<sup>1</sup>, et merito, saltem nisi urgeat necessitas boni publici; nam alias, istis admissis, pauca matrimonia rata et firma stare possent.

960. — « Resp. II<sup>o</sup>. Manente vinculo matrimonii, licite fit divortium et separatio quoad *torum* et *cohabitationem*, ad tempus vel in perpetuum, ob gravem et justam causam, qualis est:

« 1<sup>o</sup>. Alterius conjugis culpabile *adulterium*. (Per quod hic etiam intelligitur « omnis species luxuriae, in qua caro cum alia dividitur, qualis est bestialitas, sodomia, etiam intra eundem sexum. Bonacina<sup>2</sup>, contra Filliucium<sup>3</sup>, Sanchez<sup>4</sup>, Perez<sup>5</sup>; ex Matth., v; et ex cap. *Gaudemus*, et cap. *Ex litteris*. Non tamen mollities, vel pollutio, oscula, tactus, vel amplexus impudici. Bonacina<sup>4</sup>, Sanchez<sup>5</sup>, Perez<sup>6</sup>; licet propter « similia, ad tempus possit aliquando fieri « separatio, ut nocens emendetur ». [Ut Salmant.<sup>7</sup> cum Sanchez, Trullench et communi b)]. — « Tunc enim innocens reli-

« gionem ingredi, aut sacros etiam ordines suscipere potest; nocens vero non, « nisi cum innocentis consensu.

« Excipitur tamen ab hoc casu: 1<sup>o</sup>. Si « uterque conjux particeps sit ejusdem « criminis vel aequalis. Sanchez<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>. — 2<sup>o</sup>. Nisi innocens alteri condonari. Quod aliqui eum fecisse censent, « si eam post adulterium intellectum rursus cognoverit. Bonacina, ex Coninck, « Henriquez, Filliuccio, Perez<sup>10</sup>: ubi vide « plures casus exceptos ».

Certum est virum posse dimittere uxorem adulteram; ut docuit Christus Dominus (Matth. v et xix), et expressum habetur in cap. *Gaudemus*, cap. *Ex litteris* et cap. *Significasti, de divort.* Idem communiter dicunt DD. de viro adultero, quem uxor possit relinquere. Ita Sanchez<sup>11</sup>, Pontius<sup>12</sup>; et Salmant<sup>13</sup> cum Coninck, Bonacina, Trullench: ex can. *Praecipit, caus. 32, qu. 5*, et can. *Idololatria, caus. 28, qu. 1*.

961. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An, ad divortium faciendum, sufficiat suspicio de conjugis adulterio?*

Quod sola suspicio sufficiat, habetur expressum in can. *Dixit Dominus, caus. 32, qu. 1*, ubi D. Hieronymus dixit: *Ubicunque est... fornicatio vel fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur*. Communiter tamen advertunt D. Thomas<sup>14</sup>, Viva<sup>15</sup>; et Sanchez<sup>16</sup> cum S. Bonaventura, S. Antonino, Paludano, Soto, Sà, Innocentio, Hostiensi, Abbate et aliis, non sufficere quamcumque probabilem suspensionem; sed requiri violentam, quae moralem certitudinem fundet, prout si probetur visus

*Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 4. — <sup>14</sup> In 4, dist. 35 qu. unic., art. 3, ad 4. — <sup>15</sup> De Matr., qu. 8, art. 2, n. 4. — <sup>16</sup> Lib. 10, disp. 12, n. 41. — S. Bonav., in 4, dist. 32, art. 2, qu. 2, concl. in princ. — S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 21, § 5. — Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 1, i. f. (n. 17, i. f.); et dist. 35, qu. 1, art. 1, concl. 4 (n. 9). — Sotus, in 4, dist. 36, qu. unic., artic. 3, post concl. 3, v. *Circa singulas*. — Sà, v. *Divortium*, n. 3. — Innoc., in cap. *Maritis*, de adulter. — Hostien., in cap. *Porro*, de divort., n. 3. — Abb. Panorm., in cap. *Maritis*, de adulter., num. 1.

960. — a) Filliucius, *tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 367*; et Sanchez, *lib. 10, disp. 4, num. 3 et 4 et n. 14*, male citantur a Busenbaum: eandem enim sententiam tenent quam Bonacina.

b) Loquentes nimirum de sodomia cum

Conjux adulter potest ab altero dimitti.

Casus speciales suspensionis.

Suspicio adulterii violenta sufficit.

fuisse solus cum sola, et nudus cum nuda, ut dicitur in cap. *Litteris 12, de praesumpt.*

Dicit autem Palaus<sup>a)</sup> cum Farinacio<sup>a)</sup>, Gutierrez<sup>a)</sup>, etc., hoc requiri ad divortium faciendum auctoritate Ecclesiae; nam quoad forum internum, ait sufficere suspicionem probabilem, modo sit vehemens. — Sed hoc intelligendum quod, licet in foro interno non requiratur tanta certitudo quanta in externo, semper tamen requiritur talis suspicio, ut habeatur non sola probabilitas, sed moralis etiam certitudo de adulterio patrato: alias (bene ait Viva<sup>1</sup>) per solam probabilitatem nequit alter privari sua certa possessione.

Hinc, nisi aliae adsint circumstantiae, non sufficiunt amplexus, tactus et oscula ad faciendum divortium. Ita Pontius<sup>2</sup>, Viva<sup>3</sup>; Sanchez<sup>4</sup> cum Navarro, Palacios, Perez, Barbosa et Lopez; et ipse Palaus<sup>5</sup> cum Coninck, Hurtado, etc. — Item non sufficit quod inveniatur solus cum sola in loco secreto; ut Sanchez<sup>6</sup> cum Navarro<sup>b)</sup>, contra Menochium.

Sufficit vero in foro conscientiae, si vir fide dignissimus testetur de adulterio vel de violento indicio; ut Sanchez<sup>7</sup>, Viva<sup>8</sup>; et Palaus<sup>9</sup> cum Gutierrez, Menochio<sup>c)</sup>, etc. — Sufficiunt etiam, ut ait Palaus<sup>10</sup> cum Menochio, litterae amatoriae uxoris, quibus adulterium praeteritum fa-

tetur. — Et sic puto etiam sufficere si aspiciatur aliquis solus cum sola in eodem lecto.

962. — Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An liceat facere divortium ob sodomiam aut bestialitatem commissam a conjuge?*

Prima sententia negat: quam tenent Innocentius, Abulensis<sup>a)</sup> et Palacios, apud Sanchez<sup>11</sup>; et hanc sequitur, speculative loquendo, etiam Pontius<sup>12</sup>. — Ratio: tum quia per solam fornicationem caro dividitur; tum quia lex poenalis, qualis haec est, non debet extendi de casu ad casum: textus autem in cap. *Gaudemus*, et cap. *Litteris, de divort.* (ut supra) de sola fornicatione loquuntur.

Secunda vero sententia, communior et probabilior (saltem extrinsece), affirmat; et hanc tenent D. Thomas<sup>13</sup>, Sanchez<sup>14</sup>, Palaus<sup>15</sup>, Concina<sup>16</sup>; Salmant.<sup>17</sup> cum Soto, etc. Ratio, quia ex jure naturali uterque conjux tenetur fidem servare non dividendi carnem suam cum alia: quae vere dividitur cum habetur concubitus sodomiae vel bestialitatis. — Nec obstat quod lex poenalis non est extendenda. Nam jus discedendi ab adultero qui cum alia carnem suam dividit, non oritur ex lege positiva, sed ex ipso jure naturali, quod prohibet ne conjux cum alia carnem dividat. Sed auctores primae sententiae semper repli-care possent, vere non dividi carnem sine

Sodomias vel bestialitas, juxta alios, non sufficit ad divortium.

Probabilior sufficit.

<sup>1</sup> Diss. 1, cap. 8, § 7, a num. 10. — <sup>2</sup> Qu. 4, punct. 5, num. 2 et 4. — <sup>3</sup> Disp. 56, sect. 2, num. 4. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 3 et 5. — <sup>5</sup> Lib. 10, disp. 4, a n. 9. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 6 et 7. — <sup>7</sup> Tract. 9, cap. 16, num. 10. — <sup>8</sup> Sanchez., loc. cit., n. 8. — <sup>9</sup> Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 5. — <sup>10</sup> Lib. 10, disp. 6, num. 5; et disp. 5, num. 2. — <sup>11</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 14. — <sup>12</sup> Bonac., loc. cit. — <sup>13</sup> Coninck, disp. 35, dub. 2, n. 11. — <sup>14</sup> Henricq., lib. 11, cap. 17, n. 5. — <sup>15</sup> Fill., tr. 10, part. 1, n. 298 et 392. — <sup>16</sup> Disp. 56, sect. 3. — <sup>17</sup> Lib. 10, disp. 3, n. 6. — <sup>18</sup> Lib. 9, cap. 16, n. 4. — <sup>19</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 2. — <sup>20</sup> Coninck, disp. 35, dub. 1, n. 6. — <sup>21</sup> Bonac., qu. 4, punct. 5, n. 2 et 6. —

tia, loc. cit., secundam sententiam putant in praxi tutam; et Palaus probabilissimam existimat. — Becanus etiam, qui pro secunda sententia a Salmant. allegatur, idem tenet ac Pontius, Gonet, etc.

<sup>1</sup> Qu. 8, art. 2, n. 4. — <sup>2</sup> Lib. 9, cap. 16, n. 5, i. f. — <sup>3</sup> Loc. cit. — <sup>4</sup> Lib. 10, disp. 12, n. 47. — <sup>5</sup> Navar., Comment. in Rubric. de Judiciis, n. 10. — <sup>6</sup> Palacios, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *Sed numquid suspicio*. — <sup>7</sup> Didac. Perez, in Ordinat. Castellae, lib. 8, tit. 15, leg. 2, v. *Sed est dubium*. — <sup>8</sup> Petr. Barbosa, de Matr., part. 1, leg. 2, in princ., n. 78. — <sup>9</sup> Ludov. Lopes, Instruct. nov., part. 1, cap. 295, v. *Ad haec quaestio*. — <sup>10</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 1, n. 2. — <sup>11</sup> Coninck, disp. 35, n. 5. — <sup>12</sup> Gasp. Hurtad., disp. 11, diff. 2, n. 7. — <sup>13</sup> Loc. cit., num. 45. — <sup>14</sup> Menoch., de Praesumpt. lib. 5,

praesumpt. 41, n. 11 et 13. — <sup>15</sup> Lib. 10, disp. 12, n. 51. — <sup>16</sup> Qu. 8, art. 2, num. 4. — <sup>17</sup> Loc. cit., num. 8. — <sup>18</sup> Gutierrez, de Matr., cap. 129, n. 12, concl. 4. — <sup>19</sup> Loc. cit., n. 8. — <sup>20</sup> Menoch., lib. 5, praesumpt. 41, n. 39. — <sup>21</sup> Innoc., in cap. 1 de adulter., n. 1. — <sup>22</sup> Palacios, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *Verum etiam*; et dist. 35, v. *Vocant in dubium*. — <sup>23</sup> Lib. 10, disp. 4, n. 2. — <sup>24</sup> Lib. 9, cap. 16, n. 5. — <sup>25</sup> Suppl., qu. 62, art. 1, ad 4. — <sup>26</sup> Lib. 10, disp. 4, n. 3 et 14. — <sup>27</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 1, n. 2. — <sup>28</sup> Diss. 1, cap. 9, n. 7. — <sup>29</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 9. — <sup>30</sup> Sotus, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 1, v. *Utrum vero*.

ipsa uxore invita, vel de pollutione cum ipsa.

961. — a) Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 4*, loquitur de divortio propria auctoritate faciendo, et, n. 7, dicit requiri ut innocens sit moraliter certus de adulterio, nec satis esse suspensionem probabilem, nisi sit violenta. At tamen, n. 8, negat requiri tantam probationem ad faciendum divortium propria auctoritate, quanta requiritur ad faciendum divortium auctoritate Ecclesiae. « Praeterquam quod (subdit) satis probabile est, ut pluribus firmant... Farinac... Gutierr... ad divortium celebrandum, non esse opus ea indicia adulte-

rii, quae suspensionem violentam, sed satis esse quae probabilem et vehementem suspensionem indicarent ». Et ita sane docent pro foro externo (vel utroque, ut ait Gutierrez) Farinacius, *Prax. crimin., qu. 136, n. 18*; Gutierrez, *de Matr., cap. 129, n. 12, v. f.*

b) Navarrus videtur male citari a Sanchez; id enim non habet, loc. cit., n. 10, in meis saltem editionibus.

c) Menochius non citatur a Palaus pro hoc asserto.

962. — a) Abulensis ita profecto docet, in *Matth., cap. 5, qu. 233*; sed contrarium tenet in *Matth., cap. 19, qu. 65, ad 3; qu. 66, 67 et 70*.

copula naturali. — Caeterum, bene ait Pontius<sup>1</sup> ab hac sententia non recedendum, cum sit communis; sed revera eam non probari.

Quaeritur 3°. *An copula habita cum aliena sine seminis effusione, sit causa sufficiens ad divortium?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Concina<sup>2</sup>, citans S. Bonaventuram<sup>b)</sup>, Sotum<sup>c)</sup>, Silvestrum<sup>d)</sup>, Paludanum<sup>b)</sup>, Vega<sup>d)</sup> et Henriquez<sup>d)</sup>. Rationem non assignat; sed ratio videtur esse, quia fornicatio sine seminatione vera fornicatio est, licet non consummata, qua vere dividitur caro. — Citat etiam D. Thomas et Bonacina sine locis. Sed Bonacina (ut infra) expresse oppositum tenet; et locum D. Thomae, ubi id tradat, non potui invenire.

Secunda vero sententia probabilior negat; eamque tenent Sanchez<sup>3</sup>, Bonacina<sup>e)</sup>, Escobar<sup>4</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Filiuccio, Trullench et Ledesma<sup>f)</sup>. — Ratio, quia nomine fornicationis intelligenda est fornicatio in suo genere perfecta, nempe consummata per seminationem. Alias non adest vera divisio carnis, sed potius divisio attentata: per solam enim seminationem fornicantes fiunt una caro.

963. - Quaeritur 4°. *An vir, cognito adulterio uxoris, teneatur eam dimittere?*

<sup>1</sup> Lib. 9, cap. 16, num. 5. — <sup>2</sup> Diss. 1, cap. 9, num. 9. — <sup>3</sup> Lib. 10, disp. 4, n. 13. — <sup>4</sup> Lib. 25, n. 131. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 16, num. 10. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, num. 369. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 5. — <sup>6</sup> Suppl., qu. 62, art. 2. — <sup>7</sup> Loc. cit. — <sup>8</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, num. 3. — <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 13. — <sup>10</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 6. — <sup>11</sup> Loc. cit.,

Ratione adulterii certe non tenetur; cum haec dimissio a Christo Domino tantum sit permissa, non praecepta. Ita D. Thomas<sup>6</sup> et alii omnes, ex can. *Idolatritia, caus. 28, qu. 1*, ubi D. Augustinus sic dixit: *Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti; sed quia permisit, non iussit: dedit locum Apostolo monendi, ut qui voluerit non dimittat uxorem infidelem.* — Ratio patet: quia divortium introductum est in favorem innocentis, unde non debet in ejus poenam verti.

Tantum vero potest vir teneri ad dimittendam adulteram ratione correptionis fraternae aut *scandali* vitandi; ut docent S. Thomas<sup>7</sup>, Palaus<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup> et alii, ex cap. *Si vir, de adulter.*, ubi dicitur: *Si vir, sciens uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, et ejus peccati particeps.* — Sed quod ad obligationem correptionis pertinet, communiter dicunt DD. non teneri virum dimittere uxorem, si alia via, nempe verbis aut verberibus, possit eam corrigere. Ita D. Thomas<sup>11</sup>, Salmant.<sup>12</sup>; ac S. Bonaventura<sup>a)</sup>, Cajetanus, Silvester, Armilla, Covarruvias<sup>b)</sup>, Barbosa, Manuele, etc., apud Sanchez<sup>13</sup>. — Item nec tenetur, si ex tali dimissione timeat gravia incommoda,

art. 2, ad 1. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 7. — *Cajetan.*, Opuscul. tom. 1, tr. 29, v. f. — *Silvest.*, v. *Debitum*, n. 12, qu. 10. — *Armil.*, v. *Debitum conjugale*, num. 16. — *Petr. Barbosa*, de Matr., part. 1, leg. 2, in princ., n. 102. — *Man. Roarig.*, Sum., part. 1, cap. 238, num. 6. — <sup>13</sup> Lib. 10, disp. 13, num. 9.

quez, *lib. 11, cap. 17, num. 7*, videntur sic tenere, eo quod dicunt sub nomine fornicationis comprehendi omnem illicitum concubitus.

<sup>e)</sup> Bonacina hanc sententiam potius insinuat, *qu. 4, punct. 5, n. 2*, ubi dicit adulterium satis esse ad divortium, quia tenentur conjuges sibi servare fidem; perfecte autem violari fidem et dividi carnem ab eo « qui commiscetur cum alio cum seminis emissionem, sicut coniuges fiunt una caro quando carnalis copula habetur cum seminatione in vase debito ». Ex quibus dictis colligit *num. seq.*, tactus impudicos non satis esse ad divortium.

<sup>f)</sup> Petrus de Ledesma id perspicue significat, *qu. 62, art. 1, dub. 4*; loquitur enim ut Sotus hic supra nota c.

963. — <sup>a)</sup> S. Bonaventura, *in 4, dist. 35, qu. 2*, id non habet, nec pro hac parte citatur a Sanchez.

<sup>b)</sup> Covarruvias, *de Matr., part. 2, cap. 7*,

Vir non tenetur dimittere adulteram ratione adulterii.

Quando excusetur non obstante lege correptionis.

Tenetur dimittere scandalum.

Quomodo intelligendum.

nimirum periculum propriae incontinentiae, vel rixas cum propinquis uxoris, vel infamiam, aut jacturam gubernationis domesticae, et similia; quia praeceptum correptionis non obligat cum gravi incommodo<sup>c)</sup>. Ita S. Antoninus<sup>1</sup>, Pontius<sup>2</sup>, Palaus<sup>3</sup>, Escobar<sup>4</sup>, Navarrus<sup>5</sup>, Bonacina<sup>6</sup>, Salmant.<sup>7</sup>; et Sanchez<sup>8</sup> cum Soto<sup>d)</sup>, Paludano<sup>d)</sup>, Ledesma<sup>d)</sup>, etc. — Caeterum bene ajunt Laymann<sup>9</sup>, Viva<sup>10</sup> quod si putet vir hac sola via adulteram corrigendam esse, eo casu tenetur ex caritate (intellige, si possit absque gravi incommodo) ad tempus<sup>e)</sup> eam dimittere.

Quod ad *scandalum* autem pertinet, tenetur etiam vir uxorem dimittere, ne videatur ipse peccato uxoris consentire; ut docent D. Thomas<sup>11</sup>, Sanchez<sup>12</sup>, Pontius<sup>13</sup> et Salmant.<sup>14</sup> cum aliis: ex citato cap. *Si vir*, ubi maritus retinens uxorem pertinacem declaratur reus, et ejus peccati particeps. Et idem dicitur in can. *Non solum 6, caus. 28, qu. 1*; ibi: *Quod si in his factis perseverat..., recede ab illa... Sin autem, et tu particeps peccati illius eris.* — Hoc tamen intelligitur 1), ut dicunt S. Antoninus<sup>15</sup>, Sanchez<sup>16</sup>, Pontius<sup>17</sup> et Salmant.<sup>18</sup>,

<sup>1</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — <sup>2</sup> Lib. 9, cap. 17, n. 4. — <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — <sup>4</sup> Lib. 25, n. 136. — <sup>5</sup> Man., cap. 16, n. 28. — <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 13. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 16, num. 7. — <sup>8</sup> Lib. 10, disp. 13, num. 7. — <sup>9</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 15. — <sup>10</sup> Qu. 8, art. 2, n. 5. — <sup>11</sup> Suppl., qu. 62, art. 2. — <sup>12</sup> Lib. 10, disp. 13, n. 10. — <sup>13</sup> Lib. 9, cap. 17, n. 3. — <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 6. — <sup>15</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 14. — <sup>17</sup> Lib. 9, cap. 17, n. 3. — <sup>18</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 7. — <sup>19</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 15. — <sup>20</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — <sup>21</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>22</sup> Loc. cit., n. 7. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 4, n. 53 et 56. — *Perez*, disp. 56, sect. 4, n. 5. — <sup>23</sup> Qu. 4, punct. 5, num. 13. — *Silvest.*, v. *Debitum*, num. 12, qu. 10. — *Coninck*, disp. 85, dub. 3, n. 19. — *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Decimum caput*. — *Regin.*, lib. 31, num. 329. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 17, n. 12 et 13. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 389. — <sup>24</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — <sup>25</sup> Tr. 28,

§ 2, n. 4, dicit turpe esse rem habere et vitam agere cum uxore adultera quae nondum poenituit, et mortaliter peccare reddentem debitum uxori publice adulterae, « nisi scandalum ab eo vitetur et uxoris correctio salva sit ». Quibus innuit posse eam corrigi aliis mediis quam dimissione. Et idem insinuat potius quam expresse dicant auctores et Sanchez citati.

<sup>c)</sup> Non omnes auctores citati cuncta haec inconventientia adducunt, sed alii aliud afferunt.

<sup>d)</sup> Sotus, *in 4, dist. 36, art. 2, concl. 2*, et v. f., v. *De secundo autem*, negat virum

si adulterium sit notorium; non vero si occultum. Intelligitur 2), ut dicunt Laymann<sup>19</sup>, Palaus<sup>20</sup>, Pontius<sup>21</sup>; Salmant.<sup>22</sup> cum Dicastillo et Perez; ac Bonacina<sup>23</sup> cum Silvestro, Toletus<sup>f)</sup>, Coninck, Cajetano, Reginaldo, Gutierrez<sup>g)</sup>, Rebello, Filiuccio et Ledesma<sup>h)</sup>, si vir aliquo modo nequeat scandalo occurrere; secus vero, si posset alia via, nempe uxoris reprehensione, reclusionem, verberationem aut alia moderata coercionem.

Quod si, his mediis adhibitis, scandalum perseverat, erit vir excusatus, si uxorem non dimittit ex justa causa, nempe ratione periculi suae incontinentiae; vel si laboret inopia aut morbo, et ideo indigeat ope uxoris; vel si alias deberet grave damnum subire; vel si alias uxor deterior evaderet aut illi immineret notabile detrimentum sanitatis; aut si adsit probabilis spes ut brevi uxor resipiscat: prout docent S. Antoninus<sup>24</sup>, Palaus<sup>25</sup>, Salmant.<sup>26</sup>; et Sanchez<sup>27</sup> cum Soto, Navarro, Paludano, Majore, Tabiena, Ledesma, Palacios, Graffio, Philiarcho, Gabriele, Angelo, Silvestro, Lopez, Armilla, Richardo et Abulensi; etsi non omnes auctores citati

disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — <sup>28</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>29</sup> Lib. 10, disp. 13, a n. 19 ad 24. — *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 2, post concl. 2, v. *Nervus ergo*. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 22, v. *Sexto*. — *Palud.*, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4 (n. 23). — *Major*, in 4, dist. 35, qu. 1, v. *Contra priorem concl.*, i. f. — *Tabiena*, v. *Matrimonium IV*, n. 4, qu. 3. — *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 2, concl. 2, v. f. — *Palacios*, in 4, dist. 35, disp. unic., v. *Porro autem quia*. — *Graffio*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 84, n. 6. — *Philiarch.*, part. 2, lib. 4, cap. 19, v. *Quarto*. — *Gabr. Biel*, Suppl., in 4, dist. 35, qu. unic., art. 2, concl. 3. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 8. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 10. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 54, v. *Porro circa*. — *Armilla*, v. *Debitum conjugale*, num. 16. — *Richard. de Mediavilla*, in 4, dist. 35, artic. 1, qu. 2. — *Abulen.*, in Matth. cap. 19, qu. 71, in med.

teneri uxorem dimittere cum tanto detrimento; Paludanus, *dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4, num. 23*; Martinus Ledesma, *2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 64, art. 2, v. f.*, negant teneri dimittere, si timeat periculum incontinentiae. Isti tamen auctores a Sanchez citantur pro alia assertionem.

<sup>c)</sup> Laymann non limitat ad tempus.

<sup>f)</sup> Toletus, *lib. 7, cap. 24, n. 4*, non tractat de hac parte.

<sup>g)</sup> Gutierrez, *de Matr., cap. 129, n. 15, v. f.*, negat virum teneri uxorem dimittere, « nisi quando... esset scandalum, quasi ipse in adulterium ejus consentiret ». — Et Petrus

Justa causa excusat a dimittere uxorem adultera.

Copula sine seminatione, juxta alios, sufficit.

Probabilis non sufficit.

omnes praefatas causas excusantes proponant. — Addunt Salmant.<sup>1</sup>, sufficere insuper causam, si plures expensae essent impendendae ut divortium fieret auctoritate iudicis; vel si ex divortio contentiones timeantur. Demum D. Antoninus<sup>2</sup> sic concludit: *Ergo vir cum detrimento juris sui et periculo, non tenetur (uxorem) expellere.* — Ita praefati auctores.

Sed alii probabiliter dicunt, quod si vir jam praebuerit sufficientia indicia quod ipse aegre ferat uxoris adulterium, non tenetur eam dimittere ratione scandali; quia si nihilominus alii scandalizantur, scandalum ipsorum erit pharisaicum, quod non tenetur ipse vitare. — Ita Palaus<sup>3</sup>, cui consentit etiam Laymann<sup>4</sup> cum Paludano<sup>h)</sup>, qui ait: *Si explicet maritus quod non foveat illam in crimine, sed juxta se retineat ut cohibeat a peccato. Quod si nihilominus aliquis scandalizetur, scandalum est ex malitia, quod contemnitur.* Idem sentit Glossa in can. *Non solum*, supra citato, ubi ad verba: *sin autem, et tu particeps peccati illius eris*, explicat: *Id est, si non revocas eam a proposito.* Ergo vir qui revocat adulteram a proposito non est reputandus particeps peccati illius. — Clarius id docet D. Antoninus<sup>5</sup>, dicens: *Propter scandalum pharisaeorum non tene-*

*tur homo dimittere jus suum; prius debet (maritus) exponere... quod non ut foveat illam in crimine, sed magis ut eam melius cohibeat a peccato, juxta se retinet: et cum hoc sit verisimile, si quis ex hoc scandalizatur, non est scandalum pusillorum, et cum non potest dimittere sine periculo suo, licite potest retinere.*

Hinc, ex omnibus praedictis bene inferunt Palaus<sup>6</sup>; Sanchez<sup>7</sup> cum Ledesma et Abulensi; et Salmant.<sup>8</sup> cum Soto<sup>i)</sup>, Pontio<sup>j)</sup>, Dicastillo, Perez, Trullench<sup>k)</sup>, etc., quod propter hanc causam scandali raro tenetur vir uxorem adulteram dimittere.

964. — Quaeritur 5<sup>o</sup>. *An uxor teneatur divortium facere a viro adultero?*

Prima sententia, quam tenent S. Antoninus<sup>9</sup>; et Sanchez<sup>10</sup> cum Paludano, Silvestro, Soto, Tabiena<sup>a)</sup>, Armilla, Sà, Ledesma, etc., dicit nunquam teneri. — Non ratione scandali, quia nunquam praesumitur uxor consentire in viri adulterium. Non ratione correptionis, quia tantum superioris est corrigere facto; uxor autem est subdita viro: unde ipsa (ait D. Antoninus) *non habet virum corrigere facto, sed verbo.*

Secunda tamen sententia mihi verior, quam tenent Bonacina<sup>b)</sup>, Concina<sup>u)</sup>, Navarrus<sup>c)</sup>, Antoine<sup>12</sup>; Salmant.<sup>d)</sup> cum Di-

Raro tenetur dimittere propter scandalum.

Uxor, juxta alios, nunquam tenetur divertere a viro adultero.

Verius aliquando tenetur.

tit. 1, cap. 20, § 9. — <sup>10</sup> Lib. 10, disp. 13, n. 29. — *Palud.*, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 5 (n. 24). — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, num. 12, qu. 10. — *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 2, v. *De altero vero membro.* — *Armil.*, v. *Debitum conjugale*, n. 16; et v. *Matrimonium*, n. 75. — *Sa*, v. *Divortium*, n. 6. — *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 64, art. 2, prop. 1. — <sup>11</sup> Diss. 1, cap. 9, n. 16. — <sup>12</sup> De Matr., cap. 2, qu. 9, n. 1.

de Ledesma, qu. 62, art. 2, concl. 2, ait teneri dimittere: « Quando sequitur scandalum; sequitur autem regulariter. Nam cum vir possit etiam facto corripere mulierem, illi crimen adulterii imputabitur ».

<sup>h)</sup> Paludanus, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4, (n. 24), ita sane tenet, sed textus iste potius est Laymanni quam Paludani.

<sup>i)</sup> Sotus, in 4, dist. 36, art. 2, post concl. 2, v. *Nervus ergo*; Pontius, lib. 9, cap. 17, n. 3; Trullench, lib. 7, cap. 12, dub. 3, n. 4, id non habent. Sed auctores, post plura asserta diversa quae simul congerunt Salmant., indiscriminatim ab iis citantur.

964. — <sup>a)</sup> Tabiena, v. *Matrimonium IV*, n. 4, qu. 3, postquam plures casus enumeravit, quibus viro licet uxorem adulteram non dimittere, addit: « Et similiter dicitur de

muliere et plus, quia non tantum tenetur corrigere virum ». Unde non absolute negat teneri; proindeque non satis recte citatur a Sanchez.

<sup>b)</sup> Bonacina, qu. 4, punct. 5, num. 13, ait uxorem teneri ad correctionem, etsi non ex officio, quando est spes emendationis; teneri item scandalum cavere, quamvis hoc « raro » uxori possit imputari, quia censetur communiter displicentiam habere de mariti adulterio.

<sup>c)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 22, plane innuit *aliquando* teneri, negando scilicet peccare uxorem quae retineat maritum adulterum, « modo id ei non placeat (quod fere semper contingit) ».

<sup>d)</sup> Salmant., loc. cit., n. 7, non tractant de hac uxoris obligatione.

castillo<sup>e)</sup> et Perez<sup>e)</sup>; item Petrus Soto, Palacios, Gabriel, Ledesma, etc., apud Sanchez<sup>1</sup>, dicit etiam uxorem teneri aliquando divertere a viro adultero. Quia aliquando tenetur etiam subditus, si potest sine gravi incommodo, corrigere superiorem modo quo potest. — Et a fortiori ad id tenetur uxor, cui jam concessum est relinquere virum adulterum; dummodo tamen (ait Antoine) ipsa sciat virum hoc medio certo emendandum. Sed melius dicit Concina, si probabilis sit spes emendationis, quia correctio bene debet fieri ubi spes probabilis intervenit; ut dicunt Salmant.<sup>2</sup> cum Suarez, Palao, Diana, etc.

Merito vero dicunt praefati auctores ad hoc raro sive rarissime teneri uxorem: tum quia rarissime potest corripere virum; tum quia rarissime poterit uxor a viro discedere sine gravi incommodo. — Et ideo nec etiam tenetur ei debitum negare: tanto magis quia negando vir deterior fieret, ut docent S. Antoninus<sup>3</sup>; et Bonacina<sup>4</sup> cum Sanchez, Filliuccio<sup>f)</sup> et aliis.

965. — Utrum autem teneatur conjux innocens recipere alterum ex adulterio emendatum?

Affirmant Concina, ac Busenbaum<sup>a)</sup> (infra, n. 974) cum Laymann et Perez<sup>a)</sup>, ad hoc teneri ex caritate, si alias ille sit in periculo relabendi. — Sed ego minime auderem innocentem ad hoc obstringere sub culpa: cum, ex una parte, Christus

*Petr. de Soto*, lect. 12, de Matr., v. f. — *Palacios*, in 4, dist. 35, disp. 1, v. *Ex istis palam est.* — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 35, qu. unic., art. 2, concl. 4. — *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 2, concl. 1. — <sup>1</sup> Lib. 10, disp. 13, num. 28. — *Concina*, diss. 1, cap. 9, n. 16. — <sup>2</sup> Tr. 21, de praec. Decal., cap. 7, n. 66. — *Suar.*, de Carit., disp. 8, sect. 3, n. 3. — *Palao*, tr. 6, disp. 3, punct. 5, num. 3. — *Diana*, part. 7, tr. 8, resol. 43. — <sup>3</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — <sup>4</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 13. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 13, n. 29. — *Concina*, loc. cit., n. 15. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 21. — <sup>6</sup> Lib. 10, disp. 6, n. 8 et 9. —

<sup>e)</sup> Dicastillus, loc. cit., num. 57; Perez, disp. 56, sect. 4, num. 8, dicunt multo minorem esse in uxore quam in viro hanc obligationem, quam ceteroquin antea dixerunt rarissime astringere virum. Quin etiam Dicastillus videtur insinuare nunquam uxorem ad hoc teneri.

<sup>f)</sup> Filliuccio, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 390, non satis accurate citatur a Bonacina; loquitur enim de dimissione viri adulteri, non de negatione debiti.

S. ALPHONSI, Opera moralia. — Tom. IV.

Dominus eum perpetuo liberaverit ab obligatione cohabitandi cum adultero; et ex alia, non videtur caritas ad tantum onus obligare, ut conjux recipiat alterum qui fregit sibi fidem. Unde merito dicunt Salmant.<sup>5</sup> tantum ex honestate et decentia debere innocentem sibi reconciliare emendatum si commode potest. Nec obstat quod in cap. *Si vir, de adulter.*, dicatur: *Debet, sed non saepe, recipere peccatricem;* nam Glossa rō debet explicat: *Debet debito honestatis et non necessitatis.*

966. — Quaeritur 6<sup>o</sup>. *In quibus casibus illicitum sit conjugi divortium facere ab altero in adulterium lapsa?*

PRIMUS est, si uterque reus sit adulterii. Tunc enim neuter jus habet ad divortium; etsi unus semel peccaverit et occulte, alter vero centies et publice<sup>a)</sup>. — Ita Sanchez<sup>6</sup>, Pontius<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Soto, Coninck, Trullench, Dicastillo et aliis passim, ex D. Thoma<sup>9</sup>.

Dubitatur autem hic: *an in tali casu conjux emendatus possit divortium facere ab altero in adulterio perseverante?* — Adest duplex sententia probabilis:

Prima negat, nisi condonationem sui criminis jam obtinuerit. Quia emendatio illius, ut dicunt, injuriam alteri (vel semel factam) non extinguit. — Ita Pontius<sup>10</sup>; Dicastillus, Ledesma, Hurtadus, Basilius, apud Salmant.<sup>11</sup>.

Secunda autem sat probabilis sententia, quam tenent Sanchez<sup>12</sup>, Viva<sup>13</sup>; Aversa,

<sup>1</sup> Lib. 9, cap. 17, n. 5. — <sup>2</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 11 et 12. — *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 1, cas. 1, dub. 2, obj.; et v. *Dubium autem ad hujus*, et v. *Dubitatio vero.* — *Coninck*, disp. 35, num. 12. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 2, num. 2. — *Dicasi*, disp. 10, dub. 3, num. 25 et 26. — <sup>3</sup> In 4, dist. 35, qu. unic., art. 1, corp. — <sup>4</sup> Lib. 9, cap. 17, n. 9. — *Dicasi*, loc. cit., n. 27 et 29. — *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 1, dub. 2, concl. 2. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 11, diff. 3, n. 10. — *Basil. Pont.*, loc. cit. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 13. — <sup>6</sup> Lib. 10, disp. 7, n. 4. — <sup>7</sup> Qu. 8, art. 2, n. 7. — *Aversa*, qu. 23, sect. 4, v. *Quinto.*

965. — <sup>a)</sup> Busenbaum, loc. cit., non loquitur de adultero conjuge, sed de conjuge post matrimonium apostatante, vel in haeresim prolapsa. Et ita etiam Perez, disp. 57, sect. 1, n. 2. De conjuge autem adultero, sed emendato, Perez tractat, disp. 56, sect. 6, n. 9; sed tenet eandem sententiam quam S. Alphonsus.

966. — <sup>a)</sup> S. Thomas habet tantum principium generale; virum scilicet non posse uxorem adulteram dimittere, « si ipse vir similiter fornicatus fuerit ».

Juxta S. Doctorem non tenetur nisi ex honestate.

Non licet divortium facere ob adulterium.

1<sup>o</sup>. Si uterque adulteravit.

Quid si unus sit emendatus.

Trullench, Coninck, Bonacina, Reginaldus, Henriquez<sup>b)</sup>, etc., ac Salmant<sup>1)</sup>, dicit quod emendatus possit separari ab altero qui post correctionem non respiscit. — Ratio, quia (ut dicunt) si post crimina ambo conjuges se reconciliarent, tunc, uno relabente, posset alter certe recedere. Ita pariter in praesenti casu: nam emendatus per ipsam correptionem jam virtualiter offert reconciliationem quam alter admittere tenetur, et sic terminus jam imponitur compensationi; ita ut alter non amplius habeat jus in posterum compensandi novum peccatum cum praeterito conjugis emendati: et ideo ob novum adulterium juste tribuitur emendato jus recedendi.

SECUNDUS CASUS est, si conjux consentiat in adulterium alterius. Tunc enim amittit jus recedendi: ex cap. *Discretionem, de eo qui cognovit consang. etc.* Et est communis sententia cum Sanchez<sup>2)</sup>, Bonacina<sup>3)</sup>, et Salmant.<sup>4)</sup> Coninck, Trullench, Perez, etc., ex D. Thoma<sup>5)</sup>.

Notant tamen hi uniformiter<sup>c)</sup> quod non sufficit ad praesumendum consensum viri, si ille prudenter dissimularit vel non averterit adulterium uxoris eo quod non potuit sine magno incommodo; vel si causam tantum remotam praebuit, ut si male eam tractavit. In allatis enim textibus statuitur, non excusari feminam adulterantem, etiamsi a viro sit injuste dimissa.

Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 3. - Coninck, disp. 35, n. 17. - Bonac., qu. 4, punct. 5, n. 15. - Reginald., lib. 31, n. 321, i. f. - Tr. 9, cap. 16, n. 14. - Lib. 10, disp. 5, n. 4. - Qu. 4, punct. 5, n. 14. - Loc. cit., n. 18. - Coninck, disp. 35, dub. 2, n. 8. - Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 4. - Perez, disp. 56, sect. 3, n. 6. - Suppl., qu. 62, art. 1. - Suppl., qu. 62, art. 1. - Sanchez, lib. 10,

b) Henriquez, lib. 11, cap. 17, n. 3, hanc sententiam amplectitur casu quo vir occulte moechatus est et emendatur.

c) Sanchez nempe, loc. cit., num. 5 et 6; Salmant., loc. cit., n. 16, id plane tenent. — Bonacina autem, loc. cit., v. Dixi, quando vir; Coninck, loc. cit., dub. 1, num. 7; Trullench, loc. cit.; Perez, loc. cit., habent tantum ultimum casum, nempe casum quo vir causam tantum remotam adulterii praebuit. — Trullench tamen insinuat etiam primum, dicens virum consentire in uxoris adulterio, « si... non prohibet cum possit absque gravi damno ». Item Perez, loc. cit., dicit: « Censetur autem consentire, quoties potens prohibere, non prohibet; si non habeat justam cau-

TERTIUS CASUS est, si conjux sine culpa formali adulteretur, puta ob errorem inculpabilem vel si violenter cognita sit. Ita communiter S. Thomas<sup>6)</sup>; ac Sanchez, Coninck, etc. cum Salmant.<sup>7)</sup> — Secus vero, ut notat Sanchez<sup>8)</sup>, si per metum consentiret; quia propter metum non excusatur a culpa. — Notat etiam Dicastillus<sup>a)</sup> apud Salmant.<sup>9)</sup>, quod si uxor, putans virum esse mortuum, extra matrimonium fornecetur, etiam vir potest eam dimittere. Secus, si vir fornecetur, putans mortuam uxorem.

QUARTUS CASUS est, si injuria sit remissa, sive ante sive post divortium. Si autem post remissionem relabatur vel reconciliatus vel reconcilians, alter jam dimittendi jus habet. Sanchez<sup>10)</sup>, Salmant.<sup>11)</sup> et alii.

Praesumitur autem facta remissio vel ex verbis vel factis, ut si conjux innocens, conscius et memor adulterii, omnino sponte coeat cum adultero; ut docent S. Thomas<sup>12)</sup>, Sanchez<sup>13)</sup>, Salmant.<sup>14)</sup> cum Dicastillo, Trullench, Aversa, et aliis apud Busenbaum (n. 960, v. *Excipiuntur*). — Signa pariter sunt remissionis, si maneant in eadem domo, mensa, lecto; maxime, si interveniant oscula, tactus, amplexus. Notandum tamen quod si conjux innocens per haec vere animum non habeat remittendi<sup>e)</sup>, in conscientia semper recedere

disp. 5, n. 11, 13 et 17. - Coninck, disp. 35, dub. 2, n. 9 et 10. - Tr. 9, cap. 16, n. 17. - Loc. cit., n. 16. - Loc. cit., n. 17. - Lib. 10, disp. 6, n. 7; et disp. 5, n. 20. - Loc. cit., n. 18. - Suppl., qu. 62, art. 1. - Disp. 5, n. 19; et disp. 14, n. 6, 9, 13. - Tr. 9, cap. 16, n. 19. - Dicast., disp. 10, dub. 3, n. 47. - Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 8 et seqq. - Aversa, qu. 23, sect. 7, v. Tertio.

sam ad non prohibendum. — Coninck denique, dub. 2, n. 8, negat conjugem posse alterum adulterantem dimittere, si in ejus adulterio consensit, « illud permittendo cum facile posset prohibere ».

a) Dicastillus, disp. 10, dub. 3, n. 39 et 40. « Mihi non videtur improbabile, inquit, saltem si res sit nota vel publica, non teneri cum tali uxore cohabitare ». De cetero concordat in eis quae dicuntur de viri fornicatione.

e) Sanchez ita docet de casu quo conjux innocens habeat animum positivum non condonandi. Si vero negative se habuerit tantum, non posse recedere neque in foro interno neque in externo. Et idem videntur insinuare

3°. Si conjux sine culpa formali adulteret.

4°. Si culpa sit condonata.

Quando praesumatur condonata.

Facto divortio per judicem, adulter, juxta alios, nequit revocari.

Communiter affirmatur.

potest, quamvis in foro exteriori divortium ei negetur. Ita Sanchez<sup>1)</sup>; et Filiucius, Aversa, Trullench, Villalobos, cum Salmant.<sup>2)</sup>

967. — Sed dubitatur hic 1°. An, facto divortio per sententiam judicis, possit innocens adhuc adulteram cogere ut ad se redeat? — Duplex est sententia:

Prima, quam tenent Sotus et Ledesma<sup>a)</sup>, apud Sanchez<sup>3)</sup> (qui probabilem vocat) dicit quod per sententiam etiam adultera remanet soluta ab obligatione cohabitandi et reddendi debitum.

Secunda vero sententia, et communis, quam tenent Sanchez<sup>4)</sup> cum Silvestro, Henrico, Ledesma, Sa et pluribus aliis; item Palaus<sup>5)</sup>, Pontius<sup>6)</sup>, Bonacina<sup>7)</sup>; et Salmant.<sup>8)</sup> cum Coninck, Gutierrez<sup>b)</sup>, Reginaldo, Aversa, etc., docet, quod semper ac status utriusque conjugis non sit mutatus<sup>c)</sup>, nempe si neuter voverit castitatem, etc., tenetur adultera redire; quia innocens suum jus non amittit per sententiam, quae tantum in poenam adulterae, non in favorem emanatur. Ita expresse docet D. Thomas<sup>9)</sup>, ubi: *Cum divortium sit inductum in favorem viri, non auferit ei jus petendi debitum vel revocandi uxorem. Unde uxor tenetur ei reddere et ad eum redire si fuerit revocata, nisi de licentia ejus votum continentiae emiserit.* —

1 Lib. 10, disp. 14, n. 21. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 394. — Aversa, qu. 23, sect. 7, v. Secundo. — Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 11, v. Quarto. — Villal., part. 1, tr. 15, diff. 1, n. 14. — Tr. 9, cap. 16, n. 19. — Sotus, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 5, ad 3. — Lib. 10, disp. 10, num. 2. — Loc. cit., n. 8. — Silvest., v. Divortium, n. 18, qu. 10. — Henric. Boich, in cap. Ex litteris, de divort., num. 13. — Barthol. Ledesma, de Matr., diff. 70, post princ. — Sa, v. Divortium, n. 2. — Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, n. 1. — Lib. 9, cap. 19, n. 1. — Qu. 4, punct. 5, n. 16. — Tr. 9, cap. 16, n. 22. — Coninck, disp. 35, dub. 2, n. 18. — Reginald., lib. 31, n. 325 et 326. — Aversa, qu. 23, sect. 6, v. Asserendum. — Suppl., qu. 62, art. 6, ad 3. — Lib. 10, disp. 10, n. 4. — Palacios, in 4, dist. 35, disp. unic., v. Ser-

Salmant., dum tenent ea quae hic a S. Alphonso habentur, casu quo « copulam et caetera exercuit non animo reconciliandi illam sibi, quin potius oppositum habuerit ».

967. — a) Petrus Ledesma, qu. 62, art. 6, concl. 3, v. Circa hoc, asserit posse probabiliter sustineri hanc sententiam. Ipse tamen in conclusione expresse statuit: « Quando celebrato divortio, vir innocens adulteram revocat, illa tenetur ex justitia redire ».

b) Gutierrez parum diligentem a Salmant.

Et ad hoc ut adultera teneatur redire, recte dicit Sanchez<sup>10)</sup> (contra Palacios), non requiri novam sententiam judicis. — Merito vero ait Palaus<sup>11)</sup> cum Gutierrez<sup>a)</sup>, raro posse compelli uxorem adulteram redire ad virum, propter prudentem timorem mortis aut saevitiae facile ab illo inferendae.

Dubitatur 2°. Si conjux innocens, facto divortio per sententiam, labitur in adulterium, utrum is amittat jus ad divortium, ita ut, altero petente, teneatur ad eum redire?

Prima sententia affirmat. Quia injuria jam est compensata; nec sententia ita abstulit adultero jus, ut innocens post divortium possit adulterari. — Ita Pontius<sup>12)</sup>; item, apud Salmant.,<sup>13)</sup> S. Antoninus, S. Bonaventura, Perez, Dicastillus, Coninck, Aversa, Sotus, Diana, Leander. Et probabilem vocant Salmant.<sup>14)</sup>

Secunda tamen sententia, quam longe probabiliorem censeo, et tenent S. Thomas<sup>15)</sup>, Sanchez<sup>16)</sup>, et Salmant.<sup>17)</sup> cum Filiuccio, Reginaldo, Bonacina, Ledesma et aliis, dicit non teneri. Quia per sententiam absolute latam jam innocens absolutus mansit a servitute, et adulter jure suo privatus. — Hoc tamen non obstante, D. Thomas<sup>18)</sup> sic advertit: *Secundum aequitatem juris, iudex ex officio suo debet eum cogere<sup>e)</sup> ut caveat periculo animae ejus et*

vitus ergo. — Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, num. 3. — Lib. 9, cap. 20, num. 6. — Tr. 9, cap. 16, num. 23. — S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 21, § 6, v. Item nota quodsi. — S. Bonav., in 4, dist. 35, qu. 5. — Perez, disp. 56, sect. 3, n. 5. — Dicast., disp. 10, dub. 3, n. 81. — Coninck, disp. 35, dub. 2, n. 13 et 15. — Aversa, qu. 23, sect. 4, v. Septimo rursus. — Petr. de Soto, lect. 12, de Matr., v. f. — Diana, part. 3, tract. 4, resol. 257, v. Notanda. — Leand., tr. 9, disp. 26, qu. 23. — Loc. cit., n. 23. — Suppl., qu. 62, art. 6, ad 4. — Lib. 10, disp. 9, n. 30. — Loc. cit., num. 24 et 25. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 10, num. 377 et 378. — Reginald., lib. 31, n. 330. — Bonac., qu. 4, punct. 5, n. 19. — Petr. Ledesma, qu. 62, art. 6, concl. 2. — Loc. cit., ad 4.

allegatur; nam, de Matr., cap. 129, n. 14, vocat hanc sententiam communem, sed eam non sequitur: « Ego, inquit, praefatam communem opinionem nimis sequor, neque servarem in praxi, si iudex essem, instante uxore ne viro restitatur ».

c) Nimirum legitime; vide infra, n. 969.

d) Quin etiam Gutierrez, loc. cit., absolute et simpliciter negat compellendam esse invitam.

e) Alii legunt: monere.

Raro compellenda est uxor adultera ad redeundum.

Si divortio per sententiam facta, innocens adulteret.

Juxta alios, perdit jus ad divortium.

Longe probabilius non perdit.

2°. Si conjux consentit adulterio alterius.

Quando vir non censetur consentire.

scandalo aliorum, quamvis uxor non possit reconciliationem petere. Et in hoc omnes conveniunt, ut dicunt Salmant. <sup>1</sup>.

968. - Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An conjux possit adulteram dimittere propria auctoritate?*

— Adsunt tres sententiae satis probabiles: *Prima* sententia absolute negat. Et hanc tenent D. Thomas <sup>2</sup>, ubi: *Divortium non potest celebrari, nisi iudicio Ecclesiae*; Concina <sup>3</sup>; ac Bellarminus, Aversa, apud Salmant. <sup>4</sup>. — Ratio, quia separatio conjugum est actio publica, pertinens ad externam gubernationem: unde non potest fieri privata auctoritate sine perturbatione.

*Secunda* sententia, quam tenent Laymann <sup>5</sup>, Pontius <sup>6</sup>; et Salmant. <sup>7</sup> cum S. Antonino <sup>a)</sup>, Soto <sup>a)</sup>, Coninck, Henriquez <sup>b)</sup>, Villalobos <sup>c)</sup>, etc., distinguit: et affirmat, si adulterium est notorium; negat vero, si occultum, quia tunc fama conjugis adulteri injuste proderetur. — Idque confirmant ex cap. *Significasti 4, de divort.*, ubi dicitur: *Si notorium est mulierem... adulterium commisisse, ad eam recipiendam praefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium com-*

*misisse*. Item ex cap. *Ex parte 9, de sponsal.*; ibi: *Nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere.*

*Tertia* demum sententia absolute affirmat posse fieri divortium sine sententia, sive adulterium sit publicum sive occultum: modo sit certum, et ex separatione non interveniat scandalum quod non possit aliter reparari. Ita Sanchez <sup>8</sup> cum Soto, Palacios, Henriquez, Abbate, etc.; ac Bonacina <sup>9</sup> cum Sà, Ledesma <sup>d)</sup>, Reginaldo, Coninck <sup>e)</sup> et Filiuccio. — Probat ex can. *Dixit Dominus*, [caus.] 32, qu. 1; ibi: *Ubicumque est... fornicatio vel fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur*. Nota rō libere, quod denotat nullam requiri sententiam aut licentiam. Et ratio est, quia absolute concessum est a Christo Domino dimittere conjugem adulterantem. — Haec sententia mihi probabilior est, saltem si adulterium sit ex parte feminae; durum enim esset cogere virum certum de adulterio uxoris, ut publicum faciat illius crimen in iudicio cum suo perpetuo dedecore.

Bene tamen advertit Bonacina <sup>10</sup> quod si post divortium iudex cogat conjugem

*Sotus*, in 4, dist. 36, art. 3, v. f., v. *Circa secundam concl. - Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *At forsā rogatas. - Henricq.*, lib. 11, cap. 17, n. 2. - *Abb. Panor.*, in cap. fin. de adulter., n. 6. - <sup>2</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 10. - *Sà, v. Divortium*, n. 1. - *Regin.*, lib. 31, n. 324. - *Fili.*, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 386. - <sup>10</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 10.

968. - <sup>a)</sup> S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 21, § 5*, affert plures opiniones; et primo quidem negat divortium posse fieri propria auctoritate, « nisi fornicatio incontinenti possit probari ». Et addit: « Item secundum Hostien., si adulterium sit notorium, ita quod infamiationi non sit locus, tunc potest dimittere auctoritate sua; sed Gulielmus dicit hoc esse verum, si alter recedit a conjugē et publice moratur cum adultero vel adultera: alias, si propria auctoritate dimitteret, cogetur recipere ». — Et fere etiam Sotus, in 4, dist. 36, art. 3, concl. 2: « Quamvis, inquit, crimen publicum esset et notorium, semper est adeundus iudex... Tametsi tam notorium esse potest, ut possit maritus eam absque alio iudicio deserere, utpote si adultera in aedes adulteri se receperit, cum quo publice habitat ». Alias cogetur ad eam recipiendam, « nisi incontinenti testimonia ipse legitima fornicationis perhibeat ». Concedit tamen posse divortium fieri propria auctoritate in casu matrimonii clandestini.

<sup>b)</sup> Henriquez potius tertiam tenet senten-

tiam, *lib. 11, cap. 17, n. 2*; dicit enim licitum esse dimittere uxorem adulteram ante sententiam Ecclesiae: « Primo, quando adulterium est publicum... Tertio, quando uxor secreto adulterata est, et vir eam de occulto peccato monitam, quod per duos testes probare potest, relinquit sine scandalo ».

<sup>c)</sup> Villalobos, *part. 1, tr. 15, diff. 3, n. 3*, id habet pro foro externo. Sed, *num. 4*, pro foro interno potius tenet tertiam sententiam.

<sup>d)</sup> Petrus Ledesma, *qu. 62, art. 3, concl. 2*, dicit divortium posse fieri propria auctoritate, si adulterium ita est manifestum, ut celari non possit, vel si matrimonium est occultum.

<sup>e)</sup> Coninck jam citatus pro secunda sententia, eam revera tenet, sed cum hac limitatione in casu adulterii quod probari nequeat, *n. 3*: « Propter scandalum... tenetur alteri cohabitare; quod si abesset, ut si ivisset ad remotas terras, nec ad hoc teneretur ». Quibus verbis plane recidit in tertiam sententiam. Et idem venit notandum de Laymann, pariter pro secunda sententia allegato.

Probabiliter semper potest, si adulterium sit certum et absit scandalum.

Opinio haec probabilior in adulterio feminae.

Facto iudicio divortio, vir innocens potest ingredi religionem vel ordines suscipere.

Adulter non potest, invito innocente.

ad cohabitandum, tenetur obedire; sed juxta hanc sententiam non teneretur reddere.

969. - Notandum autem hic quod, facta iudiciali separatione, vir innocens potest ingredi religionem, etiam invita adultera, ex can. *Agathosa*, [caus.] 27, qu. 2; potestque etiam ordines sacros suscipere (ut Salmant. <sup>1</sup> cum communi), manente tamen vinculo matrimonii. Quare, si is, suscepta religione vel ordinibus sacris, cum alia coiret, licet tunc non detur amplius criminis compensatio, attamen verum adulterium committeret. Item, si uxorem cognosceret, peccaret quidem peccato sacrilegii, sed non fornicationis. — Hoc autem esset, si matrimonium jam consummatum fuerit. Nam alias, matrimonium per professionem religiosam (non autem per ordines sacros) etiam quoad vinculum dissolvitur. Salmant. <sup>2</sup> et communiter. — Recte tamen advertunt Salmant. <sup>3</sup> quod si conjux innocens absque sententia iudicis separaretur ab adultera, vix unquam posset (etiam juxta primam opinionem <sup>a)</sup>, ut supra) sacerdotium suscipere: quia difficulter hoc fieri posset absque scandalo <sup>b)</sup>.

E converso *adulter*, nec etiam facto divortio iudiciali, potest religionem ingredi aut sacerdotium suscipere, nisi de licentia alterius, vel nisi alter jam statum irrevocabilem assumpserit. Alias, si religionem aut sacerdotium suscipere velit, esto jam assumpserit, potest ab illo repeti, et tenetur reddere. — Sed sufficit ad hoc licentia

<sup>1</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 50. — <sup>2</sup> Loc. cit. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 52. — <sup>4</sup> Lib. 10, disp. 10, n. 12 et seqq.; et n. 16. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 16, num. 53 et 54. — *Aversa*, qu. 23, sect. 8, v. *Bene autem*. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 257, i. f. —

969. - <sup>a)</sup> Primam opinionem, scilicet apud Salmant., quae est tertia apud S. Alphonsum.

<sup>b)</sup> Si videlicet adulterium sit occultum.

<sup>c)</sup> Coninck, *disp. 35, dub. 5, n. 26*; Dicastillus, *disp. 10, dub. 8, n. 87*, ultimum dictum dumtaxat habent, scilicet de casu quo requisitus neget reconciliationem.

<sup>d)</sup> Petrus Ledesma, *qu. 53, art. 4, concl. 2*, non satis diligenter citatur a Salmant.; hoc enim ultimum assertum non habet, sed solum principale, nimirum quod si adulter ordines receperit, uxore innocente invita, uxor non privatur jure petendi debitum et ille tenetur reddere.

<sup>e)</sup> Quando scilicet sententia lata est a iudice saeculari.

tacita, ut si alter sciens hunc velle mutare statum, non impediatur cum commode possit. Et sufficit etiam si alter requisitus neget reconciliationem; ut dicunt Sanchez <sup>4</sup>; et Salmant. <sup>5</sup> cum Coninck <sup>c)</sup>, Aversa, Dicastillo <sup>d)</sup>, Diana, Bonacina, Ledesma <sup>d)</sup>, ex cap. *Gaudemus, de convers. conjug.* Ad dunt Pontius <sup>6</sup>, Sanchez <sup>7</sup> cum aliis, et Palaus <sup>8</sup>, quod si post biennium adulter non revocatur, potest libere religionem ingredi vel sacris initiari <sup>e)</sup>; quia tunc censetur alter in hoc ei consentire, jure sic disponente in Authentica *Sed hodie, C. ad legem Juliam, de adulter. 1)*.

970. - « 2<sup>o</sup>. *Saevitia mariti vel uxoris*. « Ex qua, si grave periculum comparti imineat, potest separatio peti a iudice; « imo, si mortem minetur vel venenum « paret, potest divertere ante iudicis consensum. — Vide Bonacina <sup>9</sup>, Laymann, « Perez <sup>10</sup> ».

Constat ex cap. *Ex transmissa, de restit. spoliator.*, ob saevitiam conjugis posse alterum separari; quamvis iste ob aliquod suum crimen fuerit causa saevitiae illius; can. *De Benedicto*, [caus.] 32, qu. 1. Non tamen sine sententia iudicis, et postquam crimen sit plene probatum; ut ex concilio Carthaginensi, in can. *Saeculares*, [caus.] 33, qu. 2 <sup>a)</sup>.

971. - Sed quaeritur 1<sup>o</sup>. *An tunc possit recedere propria auctoritate?*

Affirma, si periculum sit in mora (ut ait hic Busenbaum); vel si non posset litigare, aut iudicem adire, vel facile sae-

*Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 23. — <sup>6</sup> Lib. 9, cap. 19, n. 3. — <sup>7</sup> Lib. 10, disp. 10, n. 8. — <sup>8</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, n. 2. — <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 5, n. 25. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. — <sup>10</sup> Disp. 57, sect. 5.

<sup>f)</sup> Adulterio etiam aequiparatur diuturna et injuriosa desertio, uti colligere licet ex quadam S. C. C. declaratione diei 31 Julii 1869. Quomodo enim adulterium, ita diuturna et injuriosa desertio fidem conjugalem graviter violat, quae individuum vitae consuetudinem exigit.

970. - <sup>a)</sup> Can. *Saeculares*, non quidem tractat de saevitia in specie, sed de saecularibus, « qui conjugale consortium nulla gravius culpa dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas dissidii probabiliter proponentes ». Canon iste qui ab aliquibus concilio Carthaginensi tribuitur, revera est ex concilio Agathensi, anno 506 habito, *cap. 25*. Cfr. Labbe, *tom. 5, col. 525*.

Qualis licentia sufficiat.

Saevitia conjugis, justa causa separationis.

Quandoque propria auctoritate.

Conjux probabiliter nequit propria auctoritate dimittere adulteram.

Probabiliter potest, modo adulterium sit notorium.



vitiam probare <sup>a)</sup>. Ita Sanchez <sup>1</sup>, Anacletus <sup>2</sup>; et Salmant. <sup>3</sup> cum Aversa, Trullench, Villalobos.

Si vero possit iudicem adire et saevitiam probare, tenetur expectare sententiam; ut dicit Sanchez <sup>b)</sup>, Palaus <sup>b)</sup>, Pontius <sup>b)</sup> et Salmant. <sup>4</sup> ex cap. *Significasti, de divort.* (contra Trullench et Hurtadum). Ratio: tum quia exigitur sententia ne passim divortia fiant; tum quia causa haec saevitiae introducta est auctoritate Ecclesiae, et ideo aequum est ut nemo ea utatur ad discedendum sine Ecclesiae auctoritate.

Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An talis juste recedens possit, invito conjuge, religiosus fieri?*

Negatur: nisi timor de damno gravi sit talis ut nunquam deponi possit, ex cap. *Litteras, de restit. spoliat.* Alias divortium tantum ad tempus erit, donec cesset periculum, data cautione in iudicio. Ita Sanchez <sup>c)</sup>; Salmant. <sup>5</sup> cum Basilio, Trullench, Filiuccio, Dicastillo. — Notant autem Salmant. <sup>6</sup> cum Dicastillo, in praxi vix credi posse quod cesset unquam periculum, si conjux fuerit amens et furiosus; vel ita pronus ad iram, ut saepe intervenit periculum damni, et aliquando uxorem vulneraverit; vel si dederit venenum, etiam semel.

<sup>1</sup> Lib. 10, disp. 18, n. 3. — <sup>2</sup> Tr. 14, de Sacram., dist. 13, n. 100. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 38. — *Aversa*, qu. 23, sect. 10, v. *Quinto*. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. ult., n. 4. — *Villal.*, part. 1, tr. 15, diff. 11, n. 6. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 38. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 4, n. 3. — *Gasp. Ewlad.*, disp. 11, diff. 6, n. 21. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 37. — *Basil. Pont.*, lib. 9, cap. 23, n. 6 et 8. — *Trull.*, loc. cit., dub. ult., n. 7. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 406. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 5, n. 69. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 40. — *Dicast.*, loc. cit. — <sup>7</sup> Lib. 10, disp. 18, n. 10 et seqq. — <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 41. — <sup>9</sup> Loc. cit. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 13. — <sup>11</sup> Tr. 21, qu. 6, quaestiu. 5, resp. 1. —

971. — <sup>a)</sup> Ex auctoribus citatis soli Salmant. recensent omnes hos casus divortium faciendi propria auctoritate propter saevitiam; sed Sanchez indicat solum periculum in mora et accessum difficilem ad iudicem; Analectus videtur afferre solum periculum in mora; Aversa affert solum periculum in mora; Trullench denique et Villalobos solum accessum difficilem ad iudicem.

<sup>b)</sup> Sanchez, loc. cit., num. 3, id plane inquit, dicens divortium posse propter saevitiam fieri auctoritate propria: « Quod intelligerem, dum esset periculum in mora, vel non esset facilis aditus ad iudicem ». — Palaus, loc. cit., punct. 6, § 9, n. 6, requirit aucto-

Quaeritur 3<sup>o</sup>. *Qualis timor sufficit ad divortium ratione saevitiae?*

Resp. Sufficit ut prudenter timeri possint quaecumque mala gravia a conjuge vel ab ejus propinquis; ut si adessent comminatio mortis, verbera injusta, frequentia convicia et jurgia, ex quibus nimis molesta redderetur cohabitatio; vel esset periculum abortus intentati, vel mali gravis in aliis filiis aut consanguineis, etc. Ita Sanchez <sup>7</sup>, ac Salmant. <sup>8</sup> cum communi. — Recte tamen advertunt Salmant. <sup>9</sup> quod aliqua ex his, quae respectu feminae nobilibus essent gravia, respectu alterius humilibus conditionis levia erunt. — Item advertunt Sanchez <sup>10</sup> et Roncaglia <sup>11</sup> non sufficere solas minas, nisi conjux solitus sit illas exsequi. Quapropter, iudex bene perpendere debet minantis conditionem et modum, ex leg. *Haec autem 4*, ff. *Si cui plus, etc.*

972. — Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An sola verbera sint causa justa divortii?*

Alii affirmant <sup>a)</sup>: Bartolus, Baldus, Lupus, Graffius, etc., apud Sanchez <sup>12</sup>. — Alii negant, nisi ex verberibus probabiliter timeatur periculum mortis; ut Cujacius <sup>b)</sup>, etc. — Alii vero communissime, ut Pontius <sup>13</sup>, Roncaglia <sup>14</sup>; et Sanchez <sup>15</sup> cum Hostiensis, Abbate, Angelo, Silvestro, Henrico,

*Bartol.*, in leg. 22 *Cum satis*, num. 7, C. de agricolis et censitis. — *Baldus*, in leg. 1 *Quamvis*, n. 11, C. de legatis. — *Joan. Lupus*, Repet. cap. *Per vestras*, notab. 3, in princ., n. 6. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 84, n. 2 et 3. — <sup>12</sup> Lib. 10, disp. 18, n. 14. — <sup>13</sup> Lib. 9, cap. 23, n. 5. — <sup>14</sup> Tr. 21, qu. 6, quaestiu. 5, resp. 1. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 16. — *Hostien.*, in cap. *Quemaadmodum*, num. 12, de jurejur. — *Abbas Panorm.*, in id. cap., § *Illud autem*; et in cap. *Cum contingat*, n. 20, de foro compet. — *Angel.*, v. *Uxor*, n. 3. — *Silvest.*, v. *Uxor*, qu. 8. — *Henric. Boich*, in cap. *Quemaadmodum*, de jurejur., n. 4 et 5.

ritatem iudicis, « nisi in mora periculum adsit ». — Et Pontius pariter, lib. 9, cap. 23, n. 7, nisi periculum sit in mora vel iudex facile adiri non possit.

<sup>c)</sup> Sanchez loc. cit., a n. 49, id significat, negans posse transire ad religionem celebrato divortio ad tempus, ad experiendum utrum recipiat, vel ad cautionem recipiendam; si vero absolute lata sit sententia divortii a iudice ecclesiastico, eo quod desperetur de correctione, liber erit juste recedens.

972. — <sup>a)</sup> Bartolus affirmat si « flagellis » verberatur; Lupus et Graffius, si acriter.

<sup>b)</sup> Cujacius non citatur pro hoc asserto a Sanchez, loc. cit., n. 15.

Qualis timor saevitiae sufficit ad divortium.

Qualis verberatio sufficit.

Armilla, Tabiena, etc., dicunt licitum esse viro verberare uxorem: modo non fiat frequenter, nec ex levi causa, nec acriter, quamvis causa sit magna; sed raro et mediocriter.

Unde probabiliter ait Sanchez non posse uxorem discedere si verberatio est levis, etiamsi sine causa verberata fuerit (excipiunt Salmant. <sup>1</sup>, nisi mulier esset nobilis). — Item addunt Roncaglia <sup>2</sup>, Bonacina <sup>c)</sup>, Palaus <sup>c)</sup>; et Sanchez <sup>3</sup> cum Rolando <sup>d)</sup> et Riminaldo <sup>d)</sup>, non licere uxori divortium facere ex una verberatione, etsi gravi, sed requiri saltem binam: nisi probabiliter timeatur ne maritus verberationes replicet, attentata illius natura et circumstantiis, puta si ipse domi vel etiam extra domum detineat concubinam.

973. — « 3<sup>o</sup>. Si conjux compartem trahat in peccatum, v. g. sollicitet ad haeresin, « veneficium, etc. ». [Adde, si vir alios in domum introducat cum periculo quod tentent ad adulterium. Vel si vir velit exercere sodomiam cum uxore, etsi ipsa consentire renuerit; ut Salmant. <sup>4</sup> cum Sanchez, Basilio, Soto]. — « Tunc enim « innocens potest se separare; imo tenetur, si periculum sit grave ». Laymann <sup>5</sup>.

« 4<sup>o</sup>. *Morbis contagiosus*, v. gr. lepra ». — [Ut D. Thomas <sup>6</sup>, ubi: *Uxor viro leproso tenetur reddere debitum, non tamen... ei cohabitare*. Hoc autem recte ait Sanchez <sup>7</sup> cum S. Antonino et aliis, intelligi si ex cohabitatione probabiliter imminet peri-

*Armill.*, v. *Uxor*, n. 2. — *Tabiena*, v. *Uxor*, n. 2. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 18, n. 16. — <sup>1</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 41. — <sup>2</sup> Tr. 21, qu. 6, quaestiu. 5, resp. 1. — <sup>3</sup> Lib. 10, disp. 18, n. 16. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 35. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 17, n. 5 et seqq.; cfr. disp. 14, n. 6 et 8. — *Basil. Pont.*, lib. 9, cap. 23, n. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 39, art. 4, v. *Caeterum inter universa*. — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. —

<sup>c)</sup> Bonacina, qu. 4, punct. 5, n. 25, scribit: « Non solum saevitiam praeteritam praebere justam causam divertendi, sed etiam timorem futurae saevitiae et malae tractationis ». — Palaus vero, punct. 6, § 9, num. 7, negat damnum factum praebere causam justam divortii, « nisi inde sumatur praesumptio sufficiens iterum inferendum esse », quod contingit « regulariter ex percussione immoderatis et sanguinolentis ».

<sup>d)</sup> Sanchez auctores istos citat pro confirmatione hujus sententiae, in quantum scilicet negant ex unica verberatione saevitiam

culum infectionis. Item justa erit causa discedendi, si alter conjux sit furiosus aut maleficus aut energumenus <sup>b)</sup>; ut Salmant. <sup>8</sup> cum communi]. — « Quod si tamen « sine gravi detrimento possit cohabitare, « ad id tenetur, aut saltem adhabitare et « ministrare; nisi alter remittat ».

974. — « 5<sup>o</sup>. *Haeresis vel apostasia* super-veniens vel apostasia super-veniens, vel crimina perniciosa. « veniens matrimonio. Quo casu, si separatio facta sit iudicio Ecclesiae, non tenetur conjugem conversum recipere « saltem ex justitia: nam ex caritate aliquando tenetur, ut si sit periculum in continentiae ». — Bonacina, Laymann <sup>9</sup>, « Perez <sup>10</sup> ».

Nota hic quod non ob quaecumque crimina conjugis potest alter separari, sed tantum ob perniciosa. Potest autem ab haeretico discedere, etsi haeresis sit occulta: imo tenetur, si sit in periculo perversionis. Vide Salmant. <sup>11</sup>. — Et si crimen sit declaratum, potest alter etiam fieri religiosus [ut Salmant. <sup>12</sup>]: modo iudicio Ecclesiae discesserit, ut patet ex cap. *De illa, de divort.*, ubi hoc divortium declaratur esse perpetuum.

975. — « 6<sup>o</sup>. *Mutuis consensus*. Ex quo « licite se separant; vel toro, sive ad tempus sive in perpetuum, ob finem spiritualem; vel etiam habitatione. — Quod « tamen non solet permitti, nisi uterque « ingrediatur religionem; vel, uxore ad « religionem transeunte (aut si vetula sit, « id est sexagenaria, Azor, etc.; vel saltem « quinquagenaria, Sanchez, Bonacina, Bar-

<sup>6</sup> Suppl. qu. 64, art. 1, ad 4. — <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 29. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, i. f. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 35. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 25, v. *Sexta causa*. — <sup>9</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. — <sup>10</sup> Disp. 57, sect. 1, n. 8. — <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 16, n. 27 et 28. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 34. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 14, qu. 11. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 32, n. 16. — *Bonac.*, qu. 3, punct. 4, n. 12.

concludi. Et ita revera habet Rolandus, tom. 3, consil. 27, n. 12; at vero Hippolytus Riminaldus, vol. 2, consil. 174, n. 31, in generali dicit: « Ex verberibus mariti collatis in uxorem, non dicitur probata saevitia, sed correctio ».

973. — <sup>a)</sup> Laymann addit: Si aliis mediis nequeat periculo occurrere.

<sup>b)</sup> Addunt Salmant.: Si timeatur magnum damnum conjugum inferendum.

974. — <sup>a)</sup> Auctores citati non loquuntur de obligatione recipiendi conversum ex caritate.

5<sup>o</sup>. Haeresis vel apostasia super-veniens, vel crimina perniciosa.

6<sup>o</sup>. Mutuis consensus.

Quandoque post sententiam.

Juste recedens non semper potest fieri religiosus, altero invito.

« bosa, Diana<sup>1</sup>, manente in saeculo in « voto continentiae), maritus suscipiat sa- « cros ordines ».

Si autem conjux remanens in saeculo nesciebat teneri eo casu ad emittendum votum castitatis, dicunt Sanchez, Fagnanus<sup>a)</sup>, etc., contra<sup>b)</sup> Anacleum, apud Patrem Ferraris<sup>3</sup>, quod ille adhuc praestito consensu, potest ad se revocare conjugem etiam in religione professum.

« Porro, apud quem et cujus expensis, « facto divortio, liberi sint educandi, vide « Laymann<sup>8</sup> et Sanchez. — Vide Perez<sup>4</sup>, « Bonacina<sup>5</sup> ».

976. - Conveniunt doctores quod, facto divortio juridico, filii sunt educandi apud conjugem innocentem.

Quo vero ad expensas, si divortium fit culpa patris, ejus expensis educanda est proles; ex Authentica *Si pater, C., Divortio facto*, ubi: *Si pater causam divortii praestiterit apud matrem, ad secundas nuptias non venientem, liberi nutriantur patris expensis.* — Et contra, expensis matris, si divortium fit culpa matris. Ita

Glossa in dicta Authentica, Palau<sup>6</sup>, Laymann<sup>7</sup>; et Sanchez<sup>8</sup> cum Bartolo, Paulo, Hostiensi, Silvestro, Henrico<sup>a)</sup>, Gutierrez, etc.; ex eadem Authentica, ubi legitur: *Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis: nisi pater minus idoneus sit, tunc enim apud matrem locupletem nutriantur.* Sed negant Salycetus, Boerius<sup>b)</sup> et Alexander<sup>b)</sup>, apud Sanchez<sup>9</sup>: eo quod asserunt praedicta verba non esse in textu originario (ut fatetur ipsa Glossa), sed inserta fuisse ab Irnerio. At hoc non obstante, non discedendum a sententia communi, ut ait eadem Glossa<sup>c)</sup>; quia, cum matri adulterae dos, facto divortio, restituatur, jus naturale postulat ut ipsa matrimonii onera sustineat; alias, commodum ex suo crimine reportaret. Ad hoc tamen bene advertit Sanchez<sup>10</sup> cum communium omnium, omnino requiri sententiam judicis.

Quando autem alter conjugum esset infidelis vel haereticus, proles semper apud fidelem educanda est, quamvis fidelis fuerit in culpa; ut Sanchez<sup>11</sup> et Palau<sup>12</sup> cum aliis<sup>d)</sup>.

Barbos., Collect. in Decretal., lib. 3, tit. 32, cap. 4, n. 4. — <sup>1</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 73. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 33, n. 14. — <sup>2</sup> V. *Conjuges*, n. 23. — <sup>3</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 19. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 20. — <sup>4</sup> Disp. 58, sect. 4; et disp. 59, sect. 1. — <sup>5</sup> Qu. 3, punct. 4, n. 11. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 10, n. 5. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 19. — <sup>8</sup> Lib. 10, disp. 20, n. 6 et 7. — *Bartol.*, in leg. *Alimenta II*, C. de

negotiis gestis, n. 1. — *Paul. de Castro*, in eumd. loc., n. 3. — *Hostien.*, in cap. fin. de convers. infidel., n. 4. — *Silvest.*, v. *Filii*, n. 24 (edit. Antverp. 1569) — *Gutierrez*, Quaest. canon., lib. 1, cap. 24, num. 19. — *Salycet.*, in leg. *Alimenta*, C. de negot. gest., n. 3. — <sup>9</sup> Lib. 10, disp. 20, n. 5. — <sup>10</sup> Lib. 10, disp. 20, n. 8. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>12</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 10, n. 3.

975. - <sup>a)</sup> Fagnanus, in cap. Praeterea, de convers. conjug. n. 7, hanc opinionem satis rationabilem appellat; sed in cap. Conjugatus, num. 8, ipse tenet contrarium.

<sup>b)</sup> Anacleus, *Jus can., lib. 3, tit. 32, n. 23*, absque distinctione scientiae vel ignorantiae juris, dicit eum qui in saeculo remanet et votum continentiae non emittit, posse revocare alterum qui religionem professus est.

976. - <sup>a)</sup> Henricus Boich, in cap. Ex literis, de convers. infidel., n. 6, non satis diligenter citatur a Sanchez; etsi enim dicit filios apud patrem alendos esse, non tamen explicat cujusnam expensis.

<sup>b)</sup> Nicolaus Boerius, *Consil. 17, n. 11*, dicit commune esse inter doctores quod filius debet eo casu apud patrem ali expensis matris, « licet opinio Salyceti in puncto juris secundum Alexandrum, in d. leg. *Alimenta*, sit verior ». — Et revera Alexander Imolensis, in d. leg., num. 6, dicit forte verius esse in puncto juris, quod eo casu mater non teneatur: licet contrarium sit commune.

<sup>c)</sup> Seu rectius: A sententia communi, quam affert Glossa.

<sup>d)</sup> Hic quaedam addere juvat ex responsis S. Off., de divortio quod a civilibus tribunalibus pronuntiatur. — Et primo quidem quoad corporum separationem, ex declaratione S. Off. diei 22 Maji et 19 Decembr. 1860: « Dummodo pars catholica nullum aliud tribunal adire possit a quo sententiam obtineat separationis quoad torum et mensam, et dummodo sententia hujus tribunalis nullum alium habeat effectum quam separationem praedictam, posse tolerari ut catholici in eo foro actoris et advocati partes agant, dummodo adsint justae separationis causae judicio episcopi; et, si quid habeat praeterea dubii, recurrat, plenius exponens omnes circumstantias et legis dispositiones ». — Quoad divortium autem perfectum, ex eadem declaratione, advocatus catholicus non potest licite in dicto tribunali actoris causam sustinere, et vinculi matrimonii solutionem a iudice postulare. Pariter catholicus nequit tamquam iudex in dicto tribunali sedere, vel tamquam juratus, ut dicitur, cum aliis juratis assistere. Et haec quidem valent de tribunali erecto ad pronuntiandum divortium perfectum. — De tribunalibus vero

977. - « Quaeres: *An uxor teneatur « sequi virum ad cohabitationem?*

« Resp. Teneri; quia vir est caput familiae et uxoris. — Excipiuntur tamen « sequentes casus:

« 1°. Si ex sequela timeatur grave onus, « vel periculum, v. gr. vitae, pudicitiae « vel salutis; vel uxor a viro peregre non « alatur.

« 2°. Si vir post matrimonium factus « sit vagus, nec facile sit sequi. Secus « tamen, si ante fuit vagus, idque ipsa « scivit.

« 3°. Si in contractu matrimonii addi- « tum fuit pactum de non mutando domi- « cilio, et nulla gravis necessitas urgeat ».

Regulariter uxor tenetur sequi virum mutantem domicilium, etiamsi mutet sine justa causa: modo causa non sit turpis. Sanchez<sup>1</sup>. — Et hoc, etiamsi alicubi adsit contraria consuetudo: quae non potest

<sup>1</sup> Lib. 1, disp. 41, num. 2 et 6. — <sup>2</sup> Loc. cit., num. 11. — *Alex. de Nevo*, in cap. *De illis*, de sponsal., n. 9, cas. 3. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 6, n. 44. — *Farinac.*, Prax. crimin.,

derogare juri divino, quod constituit virum caput uxoris, ut in I Cor., xi, 3. — Item, etiamsi vir longe discedat, et ibi per longum tempus sit moraturus. — Secus vero, si brevi inde reversurus sit: ita Sanchez<sup>2</sup> cum Panormitano<sup>a)</sup> et Alexandro de Nevo; ac Bossius<sup>3</sup> cum Suarez<sup>b)</sup>, Barbosa<sup>b)</sup> et Farinacio. Tunc enim nec uxor tenetur sequi virum, nec vir secum ducere uxorem; ut dicunt Salmant.<sup>c)</sup> cum Sanchez<sup>c)</sup>, Toletus<sup>d)</sup>, Bonacina<sup>d)</sup>, Sayro<sup>d)</sup>, Filliuccio<sup>d)</sup>, etc. — Prout neque tenetur vir eam secum ducere, etiamsi longe discedat, si magnae expensae requirentur ad eam illuc tranvehendam. Salmant.<sup>4</sup> cum auctoribus citatis.

E converso, uxor non tenetur sequi virum, si ille velit eam pertrahere ad peccatum, vel uxor per discessum exponeretur gravi periculo vitae (ut Sanchez<sup>5</sup> cum Silvestro, Navarro, Armilla, An-

qu. 143, n. 282. — <sup>4</sup> Tr. 24, de 4° Praec., n. 48. — <sup>5</sup> Lib. 1, disp. 41, n. 5. — *Silvest.*, v. *Uxor*, qu. 8, v. f. — *Navar.*, Man., cap. 14, n. 20. — *Armilla*, v. *Uxor*, n. 6, i. f.

civilibus, quae inter alias causas cognoscunt etiam causas matrimoniales, haec specialiter pro Gallia a S. Off. die 25 Junii 1885 declarata sunt: « Tolerari posse ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, quin officio cedere teneantur, dummodo catholicam doctrinam de matrimonio deque causis matrimonialibus ad solos iudices ecclesiasticos pertinentibus palam profiteantur, et dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem conjugii, tum circa separationem corporum de quibus causis judicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam neque ad proferendam defendant vel ad eam provocent vel excitent divino aut ecclesiastico juri repugnantem, et in casibus dubiis vel difficilibus suum quisque Ordinarium adeat, ejus iudicio se dirigat, et quatenus opus sit, per ejus medium ad Apostolicam Poenitentiarium recurrat ». — Praeterea circa secundam conditionem in hoc decreto requisitam, idem S. Off. die 27 Maji 1886 declaravit: 1°. Non esse rectam interpretationem juxta quam satisfacti conditioni praecitatae iudex qui, licet matrimonium aliquod validum sit coram Ecclesia, ab illo matrimonio vero et constanti animo abstrahit, et applicans legem civilem pronuntiat locum esse divortio, modo solos effectus civiles solumque contractum civilem abrumperet mente intendat eaque sola respiciant termini prolatae sententiae. Aliis terminis sententia sic lata dici non potest divino aut

ecclesiastico juri non repugnans. — 2°. Postquam iudex pronuntiavit locum esse divortio, non potest syndicus (gallice *le maire*), et ipse solos effectus civiles solumque contractum intendens, ut supra exponitur, divortium pronuntiare, si matrimonium validum sit coram Ecclesia. — 3°. Pronuntiatio divortio non potest syndicus conjugem ad alias nuptias transire attentantem civiliter cum alio jungere, si matrimonium prius validum sit coram Ecclesia, vivatque altera pars.

977. - <sup>a)</sup> Abbas Panormitanus, in cap. De illis, n. 4, de sponsal., videtur, ut ait Sanchez, sic tenere dum scribit: « Si tamen ex causa se transfert ad alia loca, vel etiam sine causa mutando domicilium, tenetur maritum sequi ».

<sup>b)</sup> Suarez et Barbosa non citantur a Bossio pro hac sententia.

<sup>c)</sup> Salmant., tr. 24, de 4° Praec., n. 48, v. f.; Sanchez, lib. 9, disp. 4, n. 14, negant teneri secum ducere uxorem in peregrinatione, quia magna expensae faciendae essent.

<sup>d)</sup> Toletus, lib. 5, cap. 2, n. 1; Bonacina, qu. 4, punct. 6, n. 26; Sayrus, *Clav.*, lib. 7, cap. 7, num. 9; Filliucius, tr. 28, part. 2, cap. 9, n. 143, id non habent; et solus Toletus assertum fortasse innuit negans virum teneri uxorem secum ducere, si ad tempus alio discedit; sed « cum spes reditus ablata est, tenetur, si potest, uxorem extrahere ab illo loco, ut secum cohabitet ».

gelo, etc.), aut periculo gravis detrimenti, ut Bossius<sup>1</sup> cum Laymann et aliis communiter. — Sic pariter non tenetur uxor sequi virum vagantem, nisi uxor ante matrimonium id sciverit; ut Sanchez<sup>2</sup> cum Silvestro, Angelo, Navarro, Lopez, Ma-

nuele, et Bossius<sup>3</sup> cum aliis communiter.

An autem uxor teneatur sequi virum in exilium condemnatum? — Probabilius affirmandum cum Sanchez<sup>4</sup>, Bossio<sup>e)</sup> et aliis. Vide dicta *Lib. III, n. 353*.

*Angel.*, v. *Uxor*, n. 9. — <sup>1</sup> De Effect. Matr., cap. 6, n. 41. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3. — <sup>2</sup> Lib. 1, disp. 41, n. 7. — *Silvest.*, loc. cit. — *Navar.*, loc. cit. — *Angel.*, loc. cit. —

*Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 54, i. f. — *Man. Rodríg.*, Sum., part. 1, cap. 15, n. 3, i. f. — <sup>3</sup> Cap. 6, n. 49 et seqq. — <sup>4</sup> Lib. 1, disp. 41, n. 13.

<sup>e)</sup> Bossius, *de Effect. Matrim.*, cap. 6, n. 46, dicit hanc opinionem esse speculative probabiliorē; sed « in praxi tamen non levem haec sententia patietur difficultatem,

ut plurimum, cum frequentius occurrere possit causa, ob quam uxor viri, et praesertim vir uxoris, praefatum infortunium sequi non teneatur ».